dicitur. videns angelus dignitatem nature sue qua creaturis cunctis preeminebat voluit et appetijt a se in oia inferiora beatitudinem et bonitatem deriuari hoc per sua naturalia ita quod ipse primo illa ex natura haberet et sic alie creature ex nobilitate sue nature acciperent. Et quia etiam illa appetijt a deo et sub deo volens esse dummodo ista haberet ideo nec etiam quantum ad modum habendi deo equipari voluit. sed tantummodo secundum quid. Nota insuper quod quia suum desiderium attentauit vt ad actum perduceret. ideo subito suum desiderium alijs exposuit. Et quia subito erat fuit aliorum angelorum visio desiderij et consensus puersus sui desiderij. Ideo peccatum primi angeli aliorum pctā excessit et precessit quātitate culpe et causalitate, nō tn̄ duratione. ita quod illud Apoc. xij. Draco de celo cadens traxit terciam partem stellarum. Et in figura leuiathan habet. Ipse est rex super oēs filios superbie et rex. secundum phm. v. metha. dī principium inquantum mouet per suam voluntatem et imperium sibi subiectos. Ideo et suum peccatum aliorum occasio peccandi fuit. ita quod ipse primus a nullo extrinseco tentatus alios extrinsece tentauit. Et quidem quod dictum est quod instantenea operatio in omnibus illis fuit exemplificatur hoc ex sensibilibus. Nam simul tempore sunt illuminatio aeris visio colorum et discretio rei vise. Hec ad longum posui vt cōsiderando tam stupendam permissionem diuinam super nobilissimas creaturas propter vnum dutaxat peccatum ambitionis quod nō particulares permissiones super maleficorum opa propter maiora pctā quantum ad aliquas circumstantias admittet. Nā maleficorum peccata i varijs circumstantijs pctm̄ angeli et primorum parentum excedūt vt iam in scda questione patebit. Sz et hoc quod prouidentia dei iuste permisit primum hoiem tentari et peccare ex his q dicta sunt de transgressoribus angelis satis patere pōt. Sicut enim ad eundē finē hō et angelus creati fuerūt et in libertate arbitrij relicti. Ideo vt beatitudinis premiū non absque merito perciperent ideo sicut angelus a casu nō fuit pseruatus vt ptās pecandi ex vno. et ptās gre confirmationis ex altero ad decorem vniuersi pateseceret. ita et circa hominē seruari oportuit. Vn̄ et. s. Tho. i. ij. di. xxiij. arti. ij. Illud ex quo deus apparet laudabilis non debet penitus impediri. sed in peccatis etiā deus apparet laudabilis cum per misericordiā parcit et per iusticiam punit. vn̄ nō debuit pctm̄ impedire. tantūmodo breuiter et recapitulando ad propositum redeamus dicamus. Quod iusta dei prouidentia hō in his permissus est multis rōnibus. Prima vt ostendat dei potentia q solus inuertibilis ē ois autē creatura mutabilis. Scda aūt rō vt declaret dei sapientia que ex malo scit elicere bonū. quod nō potuit fieri nisi deus creaturam peccare pmisisset. Tercia vt manifestet dei clementia. in qua xps per mortē suā hoiem perditū liberauit. Quarto vt ostendat dei iusticia que non solum reddit bonis pmia sed et malis supplicia. Quinta vt homo nō sit peioris cōditionis quam alie creature quas omes sic deus administrat vt eas agere proprijs motibus sinat. Vn̄ et hominē proprio arbitrio relinquē debuit. Sexta est laus humana laus enim viri iusti quod potuit et non est trāsgressus Septima ē decorum vniuersi. quia sicut triplex malum culpe pene et damni inuenitur ita ex opposito triplex bonū. s. honestū bonū delectabile et vtile. decoratur. Nam culpa decorat honestas per penam delectabilitas. per damnū summa vtilitas. Et per hec patet responsio ad argumenta.

Solutiones argumentorũ

NAm ad primũ vbi dr̃ asserere ꝙ
dyabolo pmittaṫ ptãs nocendi
hominibus sit hereticũ. Oppo
situm potius patet. qa sicut asserere ꝙ
deus non pmittat hoiem ex libertate
arbitrij peccare qñ vult est hereticum.
ita asserere ꝙ deus pctm̃ dimittat inul
tum. hoc ãt fit p ptãtem nocẽdi homi-
nibus in vindictã maloꝝ ⁊ ad decorez
vniuersi. iuxta illud Aug. in li. soliloq
orum. Iussisti dñe ⁊ ita est vt nũꝗ de-
decus culpe sit sine decore vindicte.
Probatio deniqꝫ argumenti nõ valet
de sapiente puisore q̃ excludit defectũ
⁊ malũ ꝗtũ potest. qꝛ aliud est de eo q̃
habet curã particularẽ ⁊ de prouisore
vniuersali. Nam prim⁹ ex malo nõ pt
elicere bonũ sicut vniuersalis puisor
facit vt p precedentia patuit. Ad scd̃m
patuit ꝙ tam potentia ꝗ̃ bonitas ⁊ iu
sticia diui a patescũt in hoc ꝙ mala p-
mittit. vñ qñ dr̃. Aut deus potest mala
impedire aut nõ. Dicit ꝙ potest impe
dire ꝫ non debuit rationibus pͣctis.
Nec valet instantia si dicaṫ ergo vult
mala fieri cũ potest ipedire ⁊ non vult
qꝛ vt in argumentis p veritate tactuz
est. Deus non potest velle mala neqꝫ
vult mala fieri neqꝫ vult malũ nõ fieri
ꝫ vult pmittere malũ fieri ⁊ hoc pͥpter
pfectionem vniuersi. Ad terciũ Aug.
⁊ phus loquũtur de cognitione huma
na cui melius est non cognoscere ma-
la ⁊ vilia duplici de causa. Primo qa
p ea impedimur interdũ a psideratõe
maloꝝ ⁊ ꝧ ptingit qꝛ nõ possum⁹ simĺ
multa itelligere. Etiã ⁊ ea de causa ꝙ
cogitatio maloꝝ puertit interdũ volũ
tatẽ in malũ. Hec ãt in deo locũ non
hñt q̃ intelligũt oia opa hoim ⁊ male-
ficoꝝ absqꝫ aliq̃ defectu. Ad q̃rtũ apl̃s
curã dei a bob⁹ remouit. vt oñdat ꝙ qꝛ
creatura rõnalis hꝫ p libeꝝ arbitrium
dominiũ sui actus vt dcm̃ est. Ideo vt
ei imputeṫ aliq̃d ad culpã vel ad me-
ritum ⁊ reddaṫ ei iux̃ hoc pena vel pre
miũ. hꝫ deus specialẽ de eo puidẽtiaz
fm̃ que irrõnabilia nõ puidenṫ. Vel
le aũt asserere ꝙ indiuidua irrõnabili-
um creaturaꝝ ex illa auctoritate nõ p-
tinerent ad diuinã puidentiã esset he
reticum. qꝛ esset asserere ꝙ non omnia
subiecta essent diuine puidentie ptra
scripture sacre ꝯmendationem sup di-
uinã sapientiã que attingit a fine vsqꝫ
ad finem fortiter ⁊ disponit oĩa sua-
uiter. ⁊ esset error rabi moyses vt in ar
gumentis p veritate patuit. Ad quin
tum quia homo non est institutor na-
ture. sed vtiṫ naturalibus opibus art̃
⁊ virtutis ad suũ vsum. Ideo puiden
tia humana non se extendit ad neces-
saria que ex natura pueniũt. vt ꝙ cras
sol oriatur. ad que tñ se extendit pui-
dẽtia dei eo ꝙ ipse ẽ actor nature. Vñ
⁊ defectus naturales. etiam si ex cur-
su reꝝ naturalium puenirent adhuc
diuine puidentie subiacerent. quare
⁊ Democritus ⁊ alij philosophi natu
rales errauerunt attribuentes soli ne-
cessitate materie quicquid inferiorib⁹
accideret. Ad vltimũ licet omnis pe-
na infligitur a deo propter peccata nõ
tamen semper maioribus peccatori-
bus maleficia infliguntur. vel quia di
abolus non vult vt illos affligat ⁊ ten
tat quos iusto titulo possidere se cer-
nit. vel ideo vt non ad deum accelerãt
iuxta illd̃. Multiplicate sunt ifirmita
tes. postea accelerauerũt ⁊c̃. Et ꝙ om
nis pena infligitur a deo propter pec-
cata patet ex sequentibus. quia iuxta
Hieronymũ. Quicquid patimur pec
catis nostris meremur.

Declaraṫ ꝙ pctã maleficoꝝ grauiora
sunt pctis maloꝝ ãgeloꝝ ⁊ pmoꝝ pa-
rentũ. Vñ sic inocẽtes puniũṫ ex cul-

pis parētum. Ita ꝛ iam plures innoxij damnificantur ꝛ maleficiunt propter peccata maleficorum.

Questio decimaquarta. ꝛ est tota materia predicabilis.

Ed sup enormitatem criminū querit. An maleficoꝝ flagitia cūcta mala q̄ deus fieri sinit et vsq; in pn̄s a principio mundi fieri permisit tam in culpis q̄ in penis ꝛ damnis excedunt. Et videt q̄ nō p̄cipue q̄ ad culpā. Nā pctm̄ qd̄ q̄s ꝯmittit qd̄ faciliter vitare potuisset excedit pctm̄ qd̄ alter ꝯmittit qd̄ ita faciliter vitare nō potuit. Pꝫ ꝑ Aug. in de ci. dei. Magna est in peccādo iniq̄tas vbi est tāta in n̄ peccādo facilitas. Sꝫ adam ꝛ plures q̄ ex aliquo statu ꝑfectionis seu etiā grē peccauerūt. Facilius ꝓpter assistentiā grē pctā vitare potuissent. p̄sertim adā q̄ in grā creat⁹ fuerat q̄ plures malefice q̄ hmōi dona nō ꝑceperūt. g̃ illoꝝ pctā oīa maleficorum flagitia excedunt. Preterea quo ad penā. maiori culpe maior pena debetur. ꝫ peccatū ade grauissime punitum fuit in hoc qd̄ vt pꝫ in oēs posteros eius pena cū culpa ostendit i trāsfusione originalis peccati g̃ eius peccatum grauius est oībus alijs peccatis. Preterea quo ad damnū Nam iuxta Aug. Ex hoc aliq̄d est malū q2 adimit bonū. g̃ vbi plus de bono amittit ibi maior culpa p̄cessit. ꝫ peccatū p̄mi parentis maius damnū tam in naturalibus q̄ in gratuitis intulit vbi nos innocentia ꝛ immortalitate priuauit quod nullum alioꝝ sequentiū pctā intulit. ergo ꝛc. Sꝫ ꝯ id qd̄ plures rōnes mali includit magis est malū. ꝫ pctā maleficaꝝ sunt hmōi. Nam oīa mala i bonis nature ꝛ fortune ꝓcurare possunt deo ꝑmittente. vt ex bulla pape deducitur. Preterea adā peccauit solūmō faciendo illud quod est vtroq; modo malū q2 ꝓhibitū. ꝛ qd̄ nō erat malum ꝺm se. Sꝫ malefici ꝛ alij pctōres peccant faciendo illud qd̄ est vtroq; mō malū ꝛ ꝺm se ꝛ ꝓhibitū. vt homicidia ꝛ alia multa inhibita. Vn̄ pctā eorum grauiora sunt alijs peccatis. Preterea pctm̄ qd̄ est ex certa malicia est grauius pctō qd̄ est ꝑ ignorantiā. ꝫ malefice ex magna malicia ꝯtemnūt fidē ꝛ sacramenta fidei ꝓut plures confesse sunt. Rn̄sio. q̄ mala q̄ a modernis maleficis ꝑpetrant cūcta alia mala q̄ deus vnq; fieri ꝑmisit ꝺm qd̄ i titlo q̄stiōis tāgit excedūt. ꝛ hoc quo ad pctā q̄ ꝯtingūt in puersitate moꝝ. licet secus sit d̄ peccatis q̄ opponūtur alijs v̄tutib⁹ theologicis. potest ostēdi triplici via. Primo in generali ꝯparādo eoꝝ opa indifferenter ad quecunq; flagitia mundi. Secūdo in speciali ꝯparando ad species superstitionis ex quocūq; pacto cum demonibus inito. Tercio cōparando illa ad peccata maloꝝ angelorum: aut etiā primoꝝ parentū. Primū sic. Nā cū triplex sit malū. videlicꝫ. culpe pene damni. eo q̄ triplex sit bonū cui illa opponunt. s. honestū. delectabile. ꝛ vtile. Et culpe opponit honestū Pene delectabile. Dāno vtile. Qr culpa maleficaꝝ excedit cuncta alia peccata sic apparet. Nā iuxta doctrinā sancti Tho. in. ij. di. xxij. ar. ij. Licet in pctō multa possint considerari ex q̄bus pcti grauitas vel etiā leuitas trahi potest. Vn̄ ꝛ contingit q̄ idem peccatum qd̄ scōm vnū eoꝝ est grauius ꝺm aliud leuius inueniatur ꝓut dicere possum⁹. In fornicatione iuuenis peccat. senex insanit. Tamen illa simpliciter grauiora sunt que plures ꝛ potentiores habent non dico circumstantias solum sed in specie ꝛ quantitate peccati essentiali. peccati grauitatem. Et sic dicere

possumus q̄ licet peccatum ade q̄tuz
ad aliquas circumstantias grauius sit
omnibus alijs peccatis q̄tum ad hoc
q̄ minori temptatōne pulsatus cecidit
quia videlicet tantū ab extrinseco. Et
etiam q2 facilius resistere potuisset ꝓ
pter originale iusticiam in qua creat⁹
erat. Tamen q̄tum ad speciem ⁊ quā-
titatem peccati ⁊ etiam q̄tum ad alias
circūstantias que pctm̄ magis aggra-
uant sicut multa grauiora pctā sunt se
cuta: ita ⁊ inter illa om̄ia maleficoꝝ ex
cedūt qd̄ etiā clarius ex duobus dedu
cit. Nam sicut vnū peccatū dicit mai⁹
altero vel causalitate vt pctm̄ luciferi.
vel generalitate vt pctm̄ ade. vel defor
mitate vt pctm̄ Jude. Vel difficultate
remittendi vt pctm̄ in spm̄sctm̄. Vl' pe
riculo vt peccatū ignorantie. Vel in-
separabilitate vt peccatū cupiditat. Vl'
pronitatate vt pctm̄ carnis. Vel diuie
maiestatis offensione: vt pctm̄ ydola-
trie ⁊ infidelitatis. Vel expugnādi dif
ficultate vt supbia. Vel mentis cecita-
te vt ira. Ita ⁊ post pctm̄ luciferi om̄ia
alia pctā maleficoꝝ opera excedūt: taz
in deformitate crucifixum abnegātes.
q̄ȝ ⁊ pronitate spurcitias carnis cū de-
monibus exercentes. Ac mentis ceci-
tate in om̄e nocumentū tam animarū
q̄ȝ corporuȝ hominum ⁊ iumentorum
toto malignitatis spū debachantes. ꝑ
ut ex supradictis patuit. Qd̄ etiā iuxta
ysid. nomen ostendit. Dicunt em̄ ma-
lefici ob facinorum magnitudinez ⁊c.
vt supra patuit. Deducit ⁊ ex isto. Nā
cum duo sunt in peccato auersio ⁊ con
uersio. Juxta illud Augustini. Pecca
tum est spreto incommutabili bono re
bus mutabilibus inherere. Et ipsa eti
am auersio a deo sit tāq̄ȝ formale sicut
ipsa conuersio tanq̄ȝ materiale. Ideo
tanto aliquod peccatum est grauius:
quanto magis homo per ipsum a deo
separatur. Et quia per infidelitatez ho

mo maxime a deo elongat. ideo ⁊ ma-
ius omnibus peccatis maleficium in-
fidelitatis existit. Et hoc declaratur ꝑ
nomen heresis quod est etiam aposta
sia a fide simul et q̄ tota earū vita pec-
catum est. De primo. Nam cum pec-
catum infidelitatis consistat in renitē-
do fidei. Et hoc potest dupliciter fieri:
vel q2 renitit fidei nondū suscepte aut
suscepte. Si p͛o mō tūc est infidelitas
paganorum seu gentilium. Si secun-
do modo tūc iterum dupliciter. q2 aut
renititur christiane fidei suscepte in fi-
gura aut in ipsa manifestatōne verita
tis. Primo modo est infidelitas iude-
orum. Secundo modo infidelitas he
reticorum. Unde patet q̄ heresis ma-
leficarum inter tres species infidelita-
tis grauissima existit. quod etiam rati-
one et auctoritate comprobat. Naz. ij.
Petri. ij. dicit. Melius erat illis viam
veritatis non cognoscere q̄ȝ post cogni
tam retrorsum conuerti. Ratōne. Naz
sicut grauius peccat qui nō implet qd̄
promisit q̄ȝ ille qui non implet hoc qd̄
nunq̄ȝ promisit. Ideo infidelitas here
ticorum qui profitentur fidez euange-
lij et tamen ei renituntur corrumpen-
tes ipsam grauius peccant q̄ȝ iudei et
pagani. Et iterum. Judei grauius pec
cant q̄ȝ pagani. quia susceperunt fidei
christiane figuram in veteri lege quaz
male interpretantes corrumpūt quod
pagani non faciunt. ideo etiam ipsorū
infidelitas est grauius peccatum q̄ȝ in-
fidelitas gentilium qui nunq̄ȝ fidē euā
gelij susceperunt. De secundo q̄ ⁊ apo
state nuncupantur. Nam f̄m Thomā
scd̄a scd̄e. q. xij. Apostasia importat q̄n
dam retrocessionem a deo et religione
que fit per diuersos modos quib⁹ ho-
mo coniungitur deo. vel per fidē. Vel
per per subiectam ad obediendum vo
luntatē. Vel ꝑ religionē. ⁊ clericatum
Scd̄m qd̄ etiam dicit Raymundus ⁊

Hostien. ꝙ apostasia est temerarius a
fidei statu vel obedientie vel religiõis
excessus. Et cum remoto priori remo-
uetur posterius: sed non econuerso. Jdo
et prima alias duas excedit. scilꝫ apo-
stasia a fide ꝓcedit a religione. de qua
xlviij. distin. quan tulibet. et. xvj. q. j. le
gi nõ debet. Tamẽ ſm Ray. nõ iudica
tur apostata seu fugitiuꝰ etiã si ad lon-
ginqua diu euagetur. nisi postꝙ sic viuit
ꝙ animũ redeundi se disposuisse osten
dit. ff. de re mili. l. desertorez. Et hoc fi-
eret si vxorem duceret vel simile tale.
Similiter et apostasiam inobedientie
vbi quis sponte contemnit precepta ec
clesie ⁊ prelatoꝝ. de qua. iij. q. iiij. alie-
ni. Quia etiã infamis efficitur repellitur
a testimonio ⁊ debet excõmunicari. xj
q. iij. Si aũt. Unde et apostasia d qua
loquimur super apostasiã maleficarũ
dicitur apostasia perfidie q̃ et tanto gra-
uior. quanto ⁊ cũ inimico fidei ratõis
salutis per pactũ expressuꝫ peragitur.
Hoc enĩ habent facere malefice ⁊ hoc
inimicus ille exigit vel in toto vel i pte
Reperte sunt enĩ per nos inquisitores
que omnes fidei articulos abnegaue-
rant. quasdam vero certas in numero
semper tamen confessionem veram et
sacramentalem habeãt abnegare. Un
de et Juliani apostate perfidia non vi-
detur tanta fuisse licet in alijs aduer-
sus ecclesiam maiora exercuisset. de q̃
⁊. ij. q. vij. non potest. Si quis vero in-
cidentaliter quereret. Quid si mente ⁊
corde fidem tenerent quoꝝ scrutator
solum deus est. et non quecunqꝫ ange-
lica creatura vt supra patuit. facerẽt ta
men reuerentiam et obedientiam dy-
abolo per actus exteriores. Dicenduꝫ
videtur ꝙ cum apostasia perfidie du-
pliciter potest fieri. per actus infidelita
tis exteriores absqꝫ expresso pacto cuꝫ
demone inito. sicut qui in terris infide
lium mahumeticam vitam assumeret
aut in terris christianoꝝ cum expresso
pacto ⁊c. Primi vbi mente retinent fi-
dem. actu tamen exteriori negant. licet
non sint apostate nec heretici tñ mor-
taliter peccant. Sic enĩ salomon dijs
suarũ vxorum reuerentiam exhibuit.
Nec enĩ aliquis excusatur si ex metu hoc
faceret. quia ſm Aug. Sanctꝰ est mo-
ri fame q̃ꝫ vesci idoloticis. aliqui habẽt
Sacius. xxxij. q. iiij. Sacius. Malefi-
ce aũt quantũcunqꝫ fidem retinent cor
de et abnegant ore apostate tamen iu-
dicantur eo ꝙ fedus cum morte et pactũ
cum inferno pepigerũt. Unde sanctꝰ
Thomas in. ij. distin. iiij. ar. vltio. Lo-
quens de similibꝰ operibus magicis.
Et qui quocunqꝫ modo auxiliũ petũt
a demonibus dicit. Jn omĩbus ẽ apo-
stasia a fide propter pactũ initum cuꝫ
demone vel verbotenus si inuocatio i-
tersit vel facto aliquo etiaꝫ si sacrificia
desint. non enĩ potest homo duobꝰ do-
minis seruire. Ad idem Albertus vbi
supra distin. viij. vbi queritur. Utrum
magicis ⁊ mathematicis intendere sit
peccatũ et apostasia a fide. Jta respon
dit. Jn talibus est semper apostasia v-
bi vel operis. Si enĩ inuocationes fi-
ant tũc apertum pactum initur cũ de-
mone et tũc est aperta apostasia verbo
rum. Si aũt non fit nisi opere simpli-
ci tũc est apostasia operis. Et q2 in his
omnibꝰ semper est fidei contumelia q2
expectatur a demone quod expectanduꝫ
est a deo ideo semper apostasia iudica-
tur. Ecce q̃ꝫ clare duplicem apostasiaꝫ
ponũt terciam subintelligentes scilicꝫ
cordis que si desit tamen malefice ver-
bis et operibꝰ apostatrices iudicantur
Penis ergo vt patebit ⁊ hereticorum
et apostataruꝫ subiacere debent. Est et
tcia criminis enormitas ꝑ cũctis alijs
heresibus in eis. Nam si iuxta Augu
stinum omnis infidelium vita pecca-
tum est. xxviij. q. j. §. ij. et est glosa sup

illud Romanoꝝ .xiiij. Omne qḋ non est ex fide peccatum est. Quid iudicandum est de tota vita. id est de omnibꝰ alijs operibus maleficarū que tamen non ad complacentiam demonū fiant sicut ieiunare. ecclesias frequētare. cōmunicare et sic de alijs. In omnibꝰ em̄ peccant mortaliter quod sic declarat. Tanta est em̄ labes huius peccati ꝙ facultatem resurgendi: licet non ex toto amputat. eo ꝙ peccatum non corrumpit totum bonum nature et lumen naturale in eis remaneat. Tamen ꝓpter prestitum homagium nisi ab illo absoluant. omnia eorum opera etiam de genere bonoꝛu͂ sunt potius de genere maloꝛū quod in alijs infidelibus non cernit. Nam ſm Tho. scḋa scḋe. qḋ .x. An omnis actio infidelis sit peccatum dicit ꝙ q̄uis opera infidelium que sunt de genere bonoꝝ vt ieiunia elemosyne et huiusmodi non sint eis meritoria ꝓpter infidelitatem que est grauissimum peccatoꝛū. tamen quia peccatū nō corrumpit totum bonū nature: sed remanet in eis lumen naturale. Ideo non omnis actus eorum est mortale peccatum. sed actus procedens ex ipsa infidelitate vel relatus ad ipsam etiam si sit de genere bonoꝛū. puta saracenus ieiunat vt seruat legem. Mahumeti de ieiunio mandantē. Iudeus celebrat suas festiuitates ꝛ hmōi in his est mortale. Et sic intelligit illud Augustini supra allegatū. Omīs infideliū vita peccatum est.

Q malefice grauissimas merentur penas vltra omnes flagitiosos mundi.

Eniqꝫ qꝛ eorum flagicia cuncta alioꝝ peccata excedūt q̄tum ad demeritum pene declarat. Primo quo ad penam hereticis infligendam. Secundo q̄ ad penam apostatis inferendā. Nam heretici quadruplici pena puniunt scḋm Raymundū scilicet excōmunicatōne depositione. rerū ablatione. ꝛ corporali morte. De quibus omnibꝰ lector inueniet super primū. de senten. excom. Nouerit. et super secundū. xxiiij. qḋ. j. Qui contra pacem. et terciū. disti. viij. quo iure. et. xxiij. q. vij. capi. j. et sequenti. super quartū. eodē titulo. scilicet de hereticis. Excōmunicamus primo et secūdo. imo et grauissimas incurrunt penas. Credentes. receptatores. fautores et defensores. Nam vltra penā excōicationis illis inflictam heretici eꝛꝫ fautoribus et defensoribꝰ suis et receptatoribus et ipsoꝝ filij vsqꝫ ad scḋam generationem per lineā paternā. ꝑ lineam vero maternā vsqꝫ ad primū gradū ad nullū beneficiū vel officiū ecclesiasticū admittunt vt eo. ti. quicunqꝫ. et ca. statutū. libro. vj. Sed super terciam penam si heretici habent filios catholicos priuāt paterna hereditate in detestatiōem criminis. Et super quartā penā si post deprehensionem erroris continuo non velit reuerti et heresim abiurare subito debet comburi si laicus est. Falsarij em̄ pecunie statim morti tradunt quanto magis falsarij fidei. Si vero clericus post solennem degradationem relinquitur curie seculari occidendus. Si āt reuertantur ad fidem detrudi debent in perpetuum carcerem. de heretic. Excommunicamus. primo et secundo. et hoc de rigore iuris. Mitius tamē agitur cū eis post abiuratōnē quā ad arbitrium episcopi et inquisitoris facē debent prout in tercia parte operis patebit vbi de varijs modis sententiādi tales tractat. quis etiā dicat deprehēsus ꝛ conuictꝰ seu etiam relapsus. His aūt modis mulctare maleficas nō vr̄ sufficere cū non sint simplices heretice. ſz ꝛ

apostate et vltra hoc ꝙ in ipsa apostasia non hominibꝰ propter metum aut carnis oblectamenta fidem abnegant. vt supra tactū est. Sed ipsis demonibus vltra abnegatōnem etiam homagium corpora ⁊ animas offerendo prestant. Ex quibꝰ satis probabile videtur ꝙ q̄ntumcunq̃ peniteant ⁊ ad fidem reuertantur non debent sicut alij heretici carceribus perpetuis mancipari sed vltimo supplicio puniri. ⁊ hoc etiā ꝓpter damna temporalia hominibus et iumentis varijs modis illata leges imperant. vt patet. C. de maleficis. l. nullꝰ l. nemo. ⁊. l. culpa. Et est similis culpa prohibita. discere et docere. Et loquuntur leges super sortilegos. quanto magis super maleficos. vbi dicunt ꝙ pena illorum est bonoꝝ publicatio et decapitatio. Et si quis tali arte mulieres ad luxuriam prouocauerit: vel econuerso bestijs exponitur. vt dicitur ibidem. l. multi. et de his in prima questione tactum est.

Questiōc decimaquinta: Declaratur ꝙ propter peccata maleficarum innoxij sepe maleficiantur licet etiam interdum ꝓpter peccata propria.

Ed et ꝙ diuina ꝑmissione plures innoxij dānificantur et puniunt̄ in premissis nocumentis propter aliena peccata maleficarum et non propter culpas proprias. Nec alicui hoc videatur inconueniens ostendit sanctus Thomas secunda secunde. q. cviij. Hoc fieri iuste a deo. loquendo de penis presentis vite triplici ratione. Primo quidem ꝙ vnus homo est res alterius. ⁊ sicut quis punitur in rebus: ita et in penam alterius aliquis puniri pōt. Nā filij s̄m corpus sunt quedam res prīs. et serui et animalia res dominorum. ⁊ sic filij puniunt̄ quandoq̃ pro parentibus sicut filius natus ex adulterio dauid mortuus fuit q̄ citius. et animalia amalechitarum iussa sunt interfici. q̄uis ⁊ in huiusmodi sit ratio mistica. vt habetur. j. q. iiij. §. paruulos. Secūdo quia peccatum vnius deriuatur in alterum et hoc dupliciter. Per imitationem sicut filij imitantur peccata parētum et serui ⁊ subditi peccata dominorum vt audacius peccent vt fit in rebꝰ male acquisitis in quibꝰ filij succedūt serui in latrocinijs et guerris iniustis. Vnde sepius interficiunt̄: et subditi ꝓlatorum audacius peccant dum eos peccare cernūt etiam si eadem peccata non committūt vnde et iuste puniūtur. Deriuatur etiam peccatum vnīꝰ in alterum per modum meriti. vt subditorum in malum prelatum. id est ꝙ peccata subditorum merentur peccatorem prelatum s̄m illud Job. Regnare facit hypocritā propter peccata populi. Deriuatur etiam peccatum ⁊ cōsequenter pena per aliquē consensū vel dissimulationē. Hoc est quādo superiores peccata non redarguūt tunc sepissime boni cum malis puniūt̄: vt dicit Augꝰ. in primo de ciui. dei. Exēplum vbi inter nos inquisitores vnus repperit quoddam oppidum mortalitate hominū quasi destitutū: et vbi fama volabat ꝙ quedam mulier sepulta lintheamen in quo sepulta erat successiue deglutiret ⁊ ꝙ pestis cessare n̄ posset nisi ex integro lintheamen degluti endo ad ventrem consumpsisset. Habito consilio desuper sculteus cum ꝑfecto ciuitatis sepulchrum effodientes inuenerūt quasi dimidietatem lintheaminis per os et collum. vsq̃ in ventrē immissam et consumptam. Quo viso motus scultetus gladiū extraxit ⁊ ca-

put amputando extra foueam proiecit sicque subito pestis cessauit. Ex quibus vtique diuina pmissione peccata illius vetule super innoxios propter dissimulationem presidentiũ punita fuerũt. Nã prehabita inquisitõne repertũ fuit ipsam longo tempore vite sue sortilegam et magam fuisse. Exemplũ de punitione dauid in enumeratõne populi p pestem. Tercio fit diuina permissione vt humane societatis vnio commendetur ex qua vnus homo debet pro alio sollicitus esse vt non peccet et ad detestationem peccati dũ scilicet pena vnius redundat in omnes. quasi oms sint vnũ corpus. Exemplũ de peccato Achor Josue. vij. Possumus adhuc addere duos modos prout puniuntur mali interduz per bonos interdũ etiaz per alios malos. Nam vt Gratianus dicit. xxiij. q. v. §. vltimo. Aliquãdo deus punit malos p legitimã potestatem gerentes ex mãdato suo. et hoc dupliciter. Interdum cum merito punientium sicut puniuit peccata chananeorũ per populũ suũ. Interdũ absque merito punientiuz: sed etiam in ipsorũ penam sicut tribũ beniamin puniuit. et deleuit vsque ad paucos. Aliquando punit etiam per populos suos iussu seu pmissione excitatos non tamen intendentes deo obsequi: sed sue satisfacere cupiditati. et ideo cũ sui damnatõne sicut iam punit populũ suũ per thurcos. et sepius ante per alienigenas etiam in veteri lege. Sed nota. q quacũque de causa quis puniatur si non sustinet patienter penas tũc sũt flagella non ad satisfactionem: sed ad vindictam tantũ id est punitionem. Juxta illud Deutro. xxxij. Ignis scilicet pene temporalis succensus est in furore meo. id est in punitione. q alias nõ est in deo furor. et ardebit vsque ad inferni nouissima. id est vindicta hic incipit et ardebit vsque ad extramam damnationem. vt exponit Augus. Et habetur de pe. di. iiij. §. auctoritas. Sed si patienter ferant ipsa flagella et sit patiens in statu gratie habent locũ satisfactionis vt dicit Tho. in. iiij. Etiam si quis puniretur a iudice propter maleficiũ cõmissum vel etiam malefica et hoc fm plus et mius fm deuotionem patientis et qualitatem criminis. Mors aũt naturalis cũ sit vltimũ terribiliũ. non tamen est satisfactoria. q per naturaz inoleuit in penam originalis peccati. Licet fm Scotum etiam voluntarie et cũ deuotione expectata et deo oblata i sua amaritudie possit fieri aliq modo satisfactoria. Mors tamen violenta siue qs eam meruit siue non semper est satisfactoria si patiẽter sustineatur et in gratia. Et hec quidẽ q ad penas pter aliorũ pctã inflictas. Propter pria aũt ẽt deus flagellat in vita pñti et spãliter circa maleficia inferenda. Nam thob. vij Super illos q libidini deseruiũt dyabolus accipit potestatem. qd etiam ex pcedentibus patuit declarando maleficia circa membra et potentias generatiue potentie que deus amplius permittit maleficari. Attamen ad predicanduz populo notandũ q premissis punitionibus non obstantibus fm qs deus pro culpis alienis siue propriis punit hãc regulã iuris pro fundamento teneat et populo proponat q dicit. Sine culpa nisi subsit cã non est aliqs puniendus extra de reg. iu. et hec regula locũ habz in iudicio poli. i. dei. et in iudicio fori. i. in foro hũano siue seculari siue ecclesiastico. Declara de iudicio poli. Nã cuz deus duplici pena spũali et tẽpali punit. In prima inuenitur q nunq sine culpa In scõa inuenitur q interdum bene sine culpa: sz non sine cã. De prima spũali pena q cũ est triplex scilicet. subtractio grẽ. vñ sequitur obduratio in pstitis. nõ fit sine culpa ppria. Scõs pena dam-

ni.id est priuatōnis glorie. hoc etiā nū-
q̄ infligit sine culpa propria vt i adul-
tis. vel contracta vt in paruulis in ori-
ginali decedentibus. ¶ Tercia pena sen-
sus. id est cruciatio ignis infernalis et
am patet. Unde quod dicit Exod. xx.
Ego dominus zelotes visitans pecca-
ta parentū in filios vsq; in terciam & q̄r-
tam generationē. intelligit de imitato-
ribus paternorum scelerū vt exponit gra-
tianus. j. q. iiij. §. quibus. vbi etiam dat
alias expositōnes. De secūda autē pe-
na temporali punit de⁹. Primo ꝓpter
culpam alterius vt supra tactū est. tri-
plici ratione. vel etiam sine culpa alie-
na et propria: sed nō sine causa. vel eti-
am ex culpa propria et non aliena. q̄ð
si vis scire causas propter quas de⁹ pu-
nit & tamen absq; culpa aliena et ꝓpria
videas quinq; modos quos ponit ma
gister in. iiij. distin. xv. capi. ij. Et recipe
tres primas causas. Reliquas duas ac
cipe pro culpis ꝓprijs. Nam dicit qui-
q; de causis de⁹ hominē flagellat in vi-
ta presenti siue penas infert. Primo vt
deus glorificet. Et hoc fit quando mi-
raculose remouet pena siue flagellum
Exemplū de ceco nato. Joh. ix. De la
zaro resuscitato Joh. xj. Secūdo si pri
mū desit immittit tamen vt meritū cu-
mulet per exercitiū patientie. Ac etiam
vt virtus latens intus alijs manifestet
Exemplū in Job. j. et Thob. ij. Tercō
vt virtus conseruet per humiliationem
flagellorum. Exemplū in Paulo qui de
se dicit. ij. ad Corinth. xij. Ne magnitu
do reuelationū extollat me dat⁹ est mi
hi stimul⁹ carnis mee angelus sathane
&c. qui stimul⁹ ſm Remigium fuit que-
dam infirmitas corpalis. He sunt cau
se sine culpa. Quarto vt eterna dam-
natō hic inchoet. vt scilicet aliqualiter
ostendat quid in inferno patiet. Exem
plū in herode Act. xij. et in Antiocho.
ij. Macha. ix. Quinto vt homo purifi-
cetur. vel p expulsionem culpe cum sci-
licet ex flagellis ꝯterit. Exemplum de
maria sorore aaron Nūe. xij. a lepra i-
fecta. & israhelitis prostratis in deserto
ſm Hiero. xxiij. q. iiij. quid ergo. Uel
ad satisfactōnem pene. Exemplū in da
uid qui post remissionē adulterij com
missi quo ad culpam in penā fuit expul
sus de regno. vt patet in. ij. Re. q̄ð no-
tat Greg. de pe. dis. j. si peccatū dauid.
Posset etiā dici omnē penā quā pati-
mur procedere ex culpa nostra saltim
originali cū qua nascimur q2 ipsum est
causa omniū causalitatum. ar. distin. v.
ad eius. Sed & tercia pena que & dam
ni loquēdo de illa quo ad eternā dam-
nationem quā in futuro sustinebūt. ne
mo ambigat quin sup oīs damnatos
in penis sensibilib⁹ cruciabunt. Sicut
eīn gratie visio i patria. ita morali cul
pe pena in inferno succedit. Et sic gra-
dus beatitudinis in patria ꝯmensurā-
tur iuxta gradus charitatis & grē i via
ita & mensura suppliciorum in inferno iu
xta mensurā criminū in via. Hoc ē q̄ð
Deut. xxv. dicit. Pro mensura pecca-
ti erit & plagarum mod⁹. Et si hoc i alijs
peccatis oīb⁹ tamen in speciali male
ficis hoc conuenit q̄ð ad Hebre. x. tan
git. Quanto magis putatis deteriora
mereri supplicia qui filiū dei conculca
uit & sanguinem testamenti pollutū du-
xerit. in quo sanctificat⁹ est. Hec sunt
propria maleficarum fidem abnegantium
& p diuinissimū sacramentum plurima
maleficia vt iam in secūda parte pate-
bit exercentiū.

Sextadecima. Declaratur i speciali veritas premissa cō-parando opera maleficarum ad alias superstitōnis species.

Remissa deni-
q; quo ad enormitatem crimi

nū in maleficis probat.ꝑ compationē ad alia opera magoꝝ et diuinatorum. Naȝ cū quatuordecim sint species circa opa supstitiosa ex triplici genere diuinationū. Quoꝝ primū fit per manifestam demonū inuocationē. Secundū per tacitam solam consideratioeȝ dispositionis vel motus alicuiꝰ rei. vt siderū dierū.aurarū et hmōi. Terciū ꝑ considerationem alicuiꝰ actus humani ad inquirendū aliquid occultū que sortium nomen habent. Et species primi generis diuinatōnis que fit per expressam demonū inuocationē. sint prestigiū. diuinatio somnioꝝ. Nigromantia. Diuinatio phitonica. Geomantia Idromantia. Aeromantia. Piromantia et ariolorꝝ cultus Tho. scđa scđe. q. xcv. ar. xxvj. q. iiij. igit. et. q. v. nec mirū. Species deniq; secūdi generis genealitici. aruspices. augures omen seruātibus chyromantia et spatulamantia. Species etiam tercij generis variant fm omnia illa que sortiū nomē habēt ad inquirendū aliquid occultū. scilicet per consideratōnem punctorum. festucarū. figurarū in plumbo liquefactaꝝ Et de his Thomas. vbi supra. ar. xxvj. q. ij. et. q. iiij. per totū. Tamen hec omnia crimina maleficarum flagicia excedūt. quod de prestantioribus speciebꝰ deducit. Vnde et de minoribus non difficultat. Naȝ in prima specie vbi aliqui prestigiosis quibusdam apparitionibus sēsus humanos decipiūt vt res corporalis aliter sentiatur per sensum visus aut tactus vt in precedentibꝰ tactum est de modo prestringendi. Malefice his non contente circa membra generatiue potentie illa interdum prestigiosa apparitione auferendo licȝ nō in rerum veritate. etiam ipsam generatiuam potentiam pluries auferunt. ne mulier concipere aut vir actum exercere valeat etiam remanente mēbro absq; prestigiosa illusione post cōceptum etiam aborsum procurant sepe procurant cum innumeris alijs malis in diuersis etiam formis bestiaruȝ apparēt vt in superioribus patuit. In secūda deniq; specie que et nigromantia dicit. et fit per mortuorū apparitōneȝ vel locutionem. cum vt dicit tercio lib. ethymol. Nigros grece mors dicit latine. mancia vero diuinatio. faciūt auteȝ talia per sanguinem hominis aut alicuius animalis. sup quibusdam caracteribus. sciētes demones sanguinē amare. id est eius effusionē et peccata. Vnde fit vt vbi mortuos ab inferis se vocare putant ad respondendū ad interrogata. demones in eorū similitudinibus apparentes talia exercēt. Et hmōi artis erat illa maga ꝛ phitonissa de q̄. j Reg. xxviij. q̄ ad instantiā saulis samuelem suscitauit. Nec ex hoc putat quis talia esse licita q̄ scriptura cōmemorat aiaȝ iusti ꝓphete ab inferis vocatā sauli euentū futuri belli etiā ꝑ mlierē phitonissam apuisse. Quia vt augus. dicit ad simplicianū. Nō est absurdū credē aliq̄ dispensatiōe ꝑmissuȝ fuisse. vt non dn̄ante arte magica vel potētia: ȝ dispēsatōne occulta. q̄ phitonissaȝ ꝛ saulē latebat se iusti spūs ostēderet regꝭ aspectibꝰ dina euȝ snia ꝑcussurꝰ. Vel nō vere spūs samuelis a sua requie est excitatꝰ ȝ aliq̄d fātasma ꝛ illusio demonū imaginaria diaboli machinatōibꝰ est facta quā appellat Samuelē scriptura. sicut imagines solent suarum rerum nominibus appellari. Hec ex responsiōe cuiusdam argumenti sup questionē. An diuinatio que sit inuocatōne demonū sit illicita. scđa scđe. qō. xcv. ar. iiij. Ad secundum. Sed si lectori placet videat responsionem sup vltimū argumētum questionis. An gradus ꝓphie sint in beatis in eadem summa. q. clxxiiij. Inspiciat etiā dictū aug. xxvj. q. v. nec mirū. Sed hec paꝝ ad maleficaꝝ opa q̄ nullā in se retinent speciem pietatis

vt intuenti eorū opera patet sanguinez
innocentem fundere non cessantes. oc
culta queqꝫ dyabolicis instructōnibus
manifestantes nec viuis aut mortuis
parcūt vbi animas cum corporibꝫ in-
terimūt. In tercia deniqꝫ specie que et
somnioꝝ diuinatio dicit̄ dupliciter ob
seruat̄. Primo quando quis vtit̄ som
nijs vt valeat aliqđ occultū inuestiga-
re ex reuelatōne maloꝝ spirituuz cum
quibꝫ habent̄ pacta expressa quādo scꝫ
ad hoc inuocant̄. Secundo v̄o quan-
do quis vtit̄ somnijs ad cognoscendū
futura fm q somnia procedūt ex reue
latōne dina vel ex cā naturali intriseca
vel extrinseca quantū pōt se extendere
talis virtus non erit illicita diuinatio.
hec Tho. vbi supra. Pro cuiꝰ intelligē
tia vt predicatores nucleum ad minꝰ
habeant. Notandum ad primū de an
gelis q cum angelus sit limitate virtu
tis efficatius reuelare potest aliqđ fu-
turorum anime disposite q̄ȝ indisposi-
te. Dispositio aūt fit post sedatōez mo-
tuum exterioꝝ ꝛ interioꝝ vt quādo si-
lentes sunt noctes ꝛ sedati sunt motus
fumositatū ꝛ hoc fit circa auroram q̄n-
do digestio est ꝯpleta. ꝛ hoc dico de no
bis peccatoribꝰ sitibꝰ quibꝰ angli ex di
uina pietate ad ꝓsecutōꝫ officij aliq̄ re-
uelāt aut tēpe studij in aurora intellcm̄
de occultꝭ scripturaꝝ informāte. Presi
det em̄ angelꝰ bonꝰ intellectui sicut de-
us volūtati. ꝛ corpa celestia nr̄is corpi
bus. alijs aūt ꝑfectioribꝰ q̄buscūqꝫ. pōt
ꝛ quacūqꝫ hora r̄uelare vigilādo ꝛ dor
miēdo q̄ꝫuis ꝛ iuxta pħm. in de som. ꝛ
vigil. sunt magꝭ apte recipe reuelatōes
vt dictū est vno tp̄e q̄ȝ altero ꝑut ceteri
magi facere ꝯsueuerūt. Ad scōm nota
q ex naturali sollicitudine nature ꝺ re-
gimine corpis ꝯtingit q quedā futura
hn̄t cām naturalē in hoīe somniante. ꝛ
tūc illa somnia seu visiones sunt tantū
mō sig. ꝛ nō cause, sicut ex pte angeli di

ctū est. ꝛ hoc accidentiū futuroꝝ in ho
mine vt sanitatꝭ vel egritudinis vꝉ pe-
riculi ꝛc. Et hec est snīa Aristot. vbi su-
pra. Quia natura repn̄tat in somnis
aīe aliquas dispositōes que sūt in cor-
pore ex quibꝰ postea ꝯtingit infirmitas
vel aliud. vt si quis somnet de occupa
tionibus igneis. signum est q p̄domi
natur in eo colera. si de aeris vt de vo-
latu et huiusmodi signum est sangui-
nis. si aque vel alterius liquoris aquei
signum est fleginatis si de terreis. sig-
num est melancolie. Et ideo per som-
nia quandoqꝫ iuuantur medici ad co-
gnoscendum dispositōnis corporis. vt
etiam dicit philosophus in eodem li-
bro. Sed hec iterum leuia sunt ꝑ com
parationem ad somnia a maleficis su-
perstitiose obseruata. Nam si corpora
liter vt supra tactum est nolunt trans-
ferri: sed tantum imaginarie cernere q̄
a consodalibus maleficis perpetrātur
reponere se habent ad sinistrum latus
in nomine sui dyaboli ꝛ omniū demo
niorum. Vnde fit vt ei singula imagi-
naria visione representantur a simili.
Si aliqua occulta scire pro se vel alijs
hominibus volunt a demonibus per
somnia instruuntur non per tacita sed
per expressa cum eis pacta inita. Nec
iterum per quodcunqꝫ pactum quocū
qꝫ modo per aliquod sacrificium alicu
ius animalis seu sacrilege deprecatio
nis aut cultus etiam latrie exhibitio-
nis: sed seipsas in anima et corpore de
monibus offerentes. fidem penitus sa
crilego ore abnegando. Nec his con-
tente etiam proprios aut alienos in-
fantes demonibus offerunt aut interi-
munt. de quibus supra habitum ē. In
quarta deniqꝫ specie que per phitones
a phiton appolline. iuxta Isidorum
qui auctor diuinandi dicitur fuisse ex-
ercetur. non per somnia aut per mortu
orum allocutōnez. sed per viuos. vt in

arrepticiis. qui sic arrepti a demonib⁹ vel voluntarie aut inuoluntarie ad predicandũ tã ũmodo futura: ꝛ non ad alia flagitia ꝑpetrando agitant qualis fuit illa puella de qua Actu. xvj. Clamãdo post apostolos ꝙ essent veri serui dei. Unde indignatus paulus imperauit spũi exire ab ea. Patz ꝙ modica sit compatio ꝑ respectũ ad maleficas ꝛ eoꝝ opa. que vtiqꝫ sic ob magnitudinẽ facinoꝝ ꝛ enormitatẽ criminũ. iuxͣ Isido. v⁹s. habitũ est nuncupant. Unde causa breuitatis de aliis minorib⁹ speciebus diuinationũ hec ꝓbare non expedit vbi maiores excedere noscũtur. nam vbi predicatori placet applicare alias species vt geomantiã que fit circa corpus terrestre: vt in vngue vel in ferro vel lapide polito. Idromantiam que fit in aqua vel cristallo. Aeremãtiam que fit in aere. Piromantiã que fit in igne. Arioloꝝ que in visceribus animaliũ imolatoꝝ in aris demonũ. Licꝫ he oẽs ꝑ expressam demonũ inuocationẽ fiant. nulla tñ est compatio ad maleficia maleficarũ cum ad nullũ nocumentũ hoĩm iumentoꝝ ꝛ terre frugũ tendũt directe. Sed ad futurorum precognitionẽ. De aliis etiã specieb⁹ diuinationũ que cũ tacita inocatione ꝛ etiam ꝑ tacitũ vt sic pactũ erga demones practicant vt sunt genealitici seu astrologi sic dicti ꝓpter natalium cõsiderationes. Auruspices q̃ dies ꝛ horas obseruant. Augures q̃ gestus ꝛ garrit⁹ auiũ ꝛ omen q̃ verba hoĩm obseruãt. Et cyromantici q̃ ex lineamẽtis manuũ aut spatulis aialiũ diuinãt. Si cui placet inspiciat ꝑceptoriũ Nider circa secundũ preceptũ ꝛ plura inueniet quõ sint licita ꝛ quõ non. Maleficarũ võ opera nunqꝫ sunt licita.

Decimaseptima est declaratiua quartedecime grauitatẽ criminis ad peccata quecunqꝫ demonum comparando.

Ed ꝛ tanta est earũ facinorũ magnitudo ꝙ etiã malorũ angelorũ pctã ꝛ ruinam excedũt. Et si in culpis quõ nõ etiã in infernalib⁹ suppliciis. Et h̃ q̃dem q̃ ad culpas demõstrare nõ est difficile variis rõnib⁹. Primo nã licet eius pctm̃ sit irremissibile: h̃ tñ non est ꝓpter magnitudinẽ criminis habẽdo respectũ ad eoꝝ naturalia. ꝛ ꝑcipue ẽm opinionẽ illoꝝ qui dicũt eos tantũ in naturalibus ꝛ nunqꝫ in gratuitis fuisse creatos. Et qꝛ bonũ gratie excedit bonum nature. ideo illoꝝ pctã q̃ a statu gratie cadũt ꝓut malefice fidẽ susceptã in baptismo abnegãtes existũt. eorum vtiqꝫ peccata excedunt. Si võ dicam⁹ eos ĩ grã fuisse creatos lꝫ nõ cõfirmatos. sic etiã malefice lꝫ nõ creati in grã tamẽ a grã sponte ceciderũt sicut ꝛ ille volens peccauit. Secũdo demonstrat. Naꝫ lꝫ eius pctm̃ sit irremissibile variis õ causis aliis. puta ẽm Aug⁹. qꝛ nullo suggerente peccauit. ideo etiã nullo reparante redire debet. Uel qꝛ ẽm Dama. contra dei formã intellectu peccauit. ꝛ cognitio quãto est nobilior tãto peior est error. Seruus eñ sciens voluntatem dñi sui ꝛc̃. Uel iterũ ẽm eundem Dam. qꝛ nõ est susceptibilis penitẽtie. ideo nec venie. ꝛ h̃ ex natura sua. que qꝛ spũalis tãtũmodo est semel vertibilis. eo ꝙ se totam cõuertit ꝙ in homĩe non fit vbi caro sꝑ repugnat spũi. Uel iterũ qꝛ excelso loco peccauit vt in celo hõ aũt in terra. His tñ non obstantib⁹ eius culpa in multis aliis minorat cõparatiue ad maleficiarũ flagitia. Primo in hoc ꝙ ille iuxta Anselmũ in q̃dam oratione nulla precedente delicti vindicta superbiens peccauit. Malefi

ce do post tantas penas sepe multis a-
lijs maleficijs inflictas imo et post pe-
nas quas percipiunt in ecclesia dyabolo
occasione sue ruine inflictas omia hec
cōtemnūt et nō ad minima pctā morta
lia vt ceteri pctōres qui ex infirmitate
aut malicia absq3 habitu malicie pec-
cant. Sz ex pfunda cordis malicia ad
horrenda flagitia operant. Secūdo q2
licet triplex sit status mali angeli. In-
nocentie Culpe et Miserie seu Pene.
Ipse tn̄ sic ab innocentia semel tantū
cecidit et q ad illam nunq3 restitutꝰ fu-
it. Peccator aūt ad innocentiam p ba-
ptismū restitutus iterū ab illo cadens
multū profundat. Et sup oēs ipse ma-
lefice vt earū flagitia demonstrāt. Ter
cio ille ꝯ creatorē: nos āt et sup oēs ipe
malefice cōtra creatorē et redemptorē
&c. Quarto ille dereliquit deū pmittē-
tem videlic3 eū peccare et non ex pieta
te eū psequentē. nos autē sup oēs ipse
malifice peccatis elongamur a deo p-
mittente et ex pietate nos continuo p-
sequente et beneficijs plimis nos pue
nientem. Quinto ille prestat in mali-
cia deo reprobante et suā grām non ap
ponente nos miseri currimꝰ in illā ma
liciam deo cōtinuo reuocante. Sexto
ille manet obduratꝰ ad punientē nos
obdurati ad blandientē Et si ambo cō
tra deū tn̄ ille contra se requirentē nos
cōtra p nobis morientē. quē vt pmisi-
mus sup omēs malefice dehonestan-
tes offendūt.

Solutiones argumentorum etiam declarant veritatem per cōparationē.

D argumēta. Ad primū pz re-
a sponsio p ea que in principio cor
poris questionis tacta sūt. Vn
de vic3 aliqd peccatum debeat censeri
grauius altero. et quō pctā maleficarū
grauiora cunctis q̄ ad culpā existunt

Ad aliud q̄ ad penam. Dicendū q sic
culpa ade ita et eius pena duplicit con
siderat. vel quo ad psonam vel quo ad
naturam totā vic3 posteritatē ex eo se-
cutam. Primo modo. Sicut maiora
pctā fuerūt post eū perpetrata. q2 vide
licet ipe solūmodo peccauit faciendo
illud qd erat malū nō fm se s3 q2 phi-
bitū. Fornicationes vo adulteria et ho
micidia. vtroq3 modo mala sūt sc3 fm
se: et q2 phibita ideo etiā grauior pena
eis debet. Secūdo vo modo. l3 maxi-
ma pena primū pctm secuta ē. hoc tn̄ ē
p indirectū inqntū vic3 p eū tota poste
ritas originali pctō fuit ifecta. eo q ip-
se primꝰ parens oim p qbus oibus so
lus filius dei satisfacere potuit poten-
tia ordinata. Pro suo aūt psonali me
dictate diuina gratia penituit et salua-
tus pꝰ solutionē factā p xpm. incōpabi
liter aūt pctā maleficarū excedūt i gra
uitate. nō ptente de suis psonalibꝰ pec
catis et pditōibꝰ cū etiā inumeras ali-
as pꝰ se cōtinue trahūt. Ad terciū dicē
dū ex phabitis q h fuit p accidens in
pctō ade q maiorē lesionē intulit. Et
h vic3 q naturā integrā iuenit et q cor-
ruptā necessario nō volūtarie transfū-
dere habuit. vn̄ nō sequit q suū pecca
tū simpliciter grauiꝰ ceteris fuit. Tum
etiā q2 hec idē etiā seqntia pctā fecisset
si tatē naturā inuenissent. sic et fm mor
tale pctm nō priuat gra3 eo q illā non
iuenit. puaret aūt si illā iuenirect. Hec
est solutio scti Tho. in. ij. dist. xxj. art. ij
in solutōe scdi argumēti: quā solutio-
nē si qs ad plenū vult intelligere h3 cō
siderare q adam originalē iusticiā si p
stitisset nō trāsfudisset in posteros, put
Ansel. opinabat. q2 etiā aliqs pꝰ eū pec
care potuisset videbant dctā docto. di.
xx. An pueri mox nati fuissent in gra-
tia confirmati. Itez quolibe. cj. An idē
qui nunc saluant homies saluati fuis-
sent si adam non peccasset.

Sequitur mod⁹ predicandi contra quinqȝ argumēta laicorꝝ quib⁹ ꝓbare videntur sparsim ꝙ deus pmittit tātā ptātē dyabolo ꝛ maleficis circa huiusmodi maleficia inferēda. Qō. xviij

It deniqȝ p̄dicatorꝝ puidus sup certa argumenta laicorꝝ vel etiā ḡitorꝝ quorūdā q̄ intantū maleficas esse negāt ꝙ lȝ maliciā ꝛ potentiā demonis ad inferēdū ex suo desiderio hmōi mala ꝯcedāt diuinā tn̄ pmissionē sibi ꝯdescēdētē negant. Nec volūt ꝙ deus talia fieri permittat. ꝛ lȝ modū arguendi nō habeāt ꝛ in tenebris sicut ceci palpitant. iam vnū iā alterū mediū tangēdo. opus tn̄ est eorꝝ assertiōes ad qnqȝ argumenta reducere. Ex q̄b⁹ vtiqȝ oēs eorꝝ cauillationes ꝓcedere pn̄t. Et primo ꝙ deus nō pmittat dyabolo sb tanta potestate seuire in homines.

Trū ad maleficialē effectū a demone p maleficā ꝓcurandū sp habet concurrere diuina pmissio. Et arguit̄ qnqȝ argumētis ꝙ deus nō pmittit. vnde etiā maleficiū nihil ē in mundo. Et primū sumit̄ ex pte dei. Secundū ex pte dyaboli. Terciū ex p̄te malefice. Quartuȝ ex parte morbi. Quintū ex pte p̄dicatorꝝ ꝛ iudicū q̄ talia cōtra eas p̄dicant ꝛ iudicant ꝛ q̄ vtiqȝ nunqȝ securi essent. Primo sic. De⁹ punire potest hoīem ꝓpter peccata. et punit gladio fame ꝛ mortalitate. Iteȝ diuersis aliīs infirmitatibus variīs et innumeris quibus humana conditio subiacet. vnde qꝛ opus ei nō est adiungere alias punitiōnes: ideo nō pmittit Secūdo sic. Ex parte dyaboli si vera essent que predicant̄ ꝙ videlicȝ vim generatiuā impedire possunt. vt videlicȝ mulier non concipiat. vel si concipiat ꝙ aborsum faciat. vel si nō aborsuȝ ꝙ etiā post partū natos interficiūt. vtiqȝ sic pimere possent totū mundū. Et iterū posset dici ꝙ opa dyaboli essent fortiora opibus dei. scȝ sacramēto matrimoniȷ̄ qd̄ est opus dei. Tercio ex parte hoīs. Nam videm⁹ si maleficiuȝ debet esse aliq̄d in in mūdo: tanc aliq̄ homines plus aliīs maleficiunt̄. De quo si querit̄ vtiqȝ dicit̄ hoc esse ꝓpter punitionē pctōꝝ. ꝫ hoc est falsum. ḡ ꝛ illud ꝙ maleficia sint in mūdo. Falsitas autem ꝓbat̄ ex eo. qꝛ tūc maiores peccatores ampli⁹ punirent̄. hoc est falsū cū min⁹ puniant̄ q̄ aliȷ̄ interdum iusti. ꝙ etiā cernit̄ i pueris innocētibus q̄ asserunt̄ maleficiari. Quarto potest addi ꝛ aliud argumentū ex parte dei. hoc ꝙ q̄s impedire posset ꝛ nō impedit ꝫ fieri pmittit. vtiqȝ iudicat̄ ex sua voluntate ꝓcessisse. Sed deus cuȝ sit sūme bonus nō potest velle malū. ḡ nō potest pmittere vt fiat malū qd̄ ipe impedire potest. Iteȝ ex pte morbi defectus ꝛ infirmitates q̄ dicunt̄ maleficiales sil'es etiā sunt defectibus ꝛ infirmitatibus naturalibus. i. qui ex defectu nature ꝓcedūt. ꝙ em̄ aliq̄s claudicat. excecat̄ vl' rōnē pdit vel etiā morit̄ ex defectu nature cōtingere pn̄t. vnde nō pn̄t secure maleficis ascribi. Vltimo ex pte iudicum ꝛ p̄dicatorꝝ q̄ cū talia aduers⁹ maleficas p̄dicant ꝛ practicant vtiqȝ ꝓpter ingens odium a maleficis contra eos cōceptū nūqȝ essent securi. Sȝ ꝫ argumēta sumant̄ ex qōne. j. sup terciū pn̄cipale p̄me ptis tractat⁹. ꝛ ꝓponant̄ illa q̄ sūt magis ad pp'm quō vicȝ pmittit mala fieri licȝ nō velit malū fieri. pmittit aūt ꝓpter admirabilē pfectionē vniuersi q̄ ꝯsiderant̄ i h̄ ꝙ bona cōmēdant̄ eminētius ꝛ magis placēt ꝛ sunt laudabiliora duȝ compant̄ malis. habent̄ ibi auctes. Itē ꝓfūda di diuie sa

ꝑſentie iuſticie ⁊ bonitatis relucēt que
al's eſſent occulta. Et breuit̄ ꝓ deciſio-
ne queſtiōis poſſūt colligi ex his que
ibi tangunt̄ varia documēta ꝓ infor-
matione populi. vicȝ ꝙ deus iuſte du-
os caſus ꝑmiſit. ſcȝ angeloꝝ ⁊ primoꝝ
ꝑentū q̄ cū ſint maiores alijs oībus ca
ſibus. Nō mirū ſi alij minores ꝑmittā
tur. Qualiter autē ſunt maiores q̄ ad
cauſalitatē nō quo ad alias circūſtāti-
as ſm̄ quas pctā maleficarū. vt in. iij.
q. tangit̄. ⁊ maloꝝ angeloꝝ ⁊ primorū
ꝑentuȝ pctā excedūt. ⁊ quare deꝰ iuſte
ꝑmiſit illos ꝑmos caſus tangit̄ in. ij. q
ex q̄bus plīma colligere ⁊ dilatare po
teſt ad ſuū placitū. Sed ad reſpondē-
dum ſuꝑ argumenta. Nam ad ꝑmuȝ
cū dicit̄. Deus ſufficienter punit ꝑ na-
turales infirmitates. mortalitates. gla
dio ⁊ fame. Reſpondet̄ ex tribus. Pri
mo quia deus nō limitauit ſuam vir-
tutem ad naturalem ꝓceſſum: aut eti
am ad influentias corporū celeſtiuȝ vt
videlicȝ preter illa agere nō poſſit ideo
⁊ preter illa ſepiſſime egit in punitio-
nem peccaminū. mortalitates ⁊ alia in
ferendo preter oēm influentiaȝ corpo-
rū. ſicut in punitione pcti ſuperbie in
dauid ſuꝑ mortalitatē inflictam popu
lo ꝓpter populi numerationē ⁊c. Se-
cūdo hoc vtiqȝ congruit diuine ſapien
tie que cum rebus oīmibus ſic admini
ſtrat vt eas ꝓprijs motibus agere ſinat
Ideo ſicut nō conuenit malicia demo
nis oīno impedire ſed potius decet ip
ſam ꝑmittere vt agat q̄ꝫtum ad bonuȝ
vniuerſi ſpectare poteſt. licet continuo
etiā refrenat̄ ꝑ bonos angelos vt non
tantū noceat q̄ꝫtum nocere vellet. Ita
etiam non cōuenit maliciaȝ humanaȝ
refrenare ſuꝑ ea ad q̄ ex libertate arbi-
trij poteſt. vt eſt fidem abnegare ⁊ ſeip
ſum demoni deuouere que vtiqȝ face-
re in poteſtate ſunt volūtatis humane
Ex quibus etiā duobus cuȝ deus ma

xime offendit̄ iuſte ꝑmittit ea q̄ a male
fica deſiderant̄ ⁊ ꝓpter que fidem abne
gauit ⁊ ad que dyaboli potētia ſe extē-
De illud an obseruat tempora et loca. Dicendū q̄ vltra obseruātiam tempoꝝ quo ad pstellationes quas obseruat quādo ad prolis infectionē operat̄. Obseruat etiam certa tempa quando non infectōnis: sed veneree voluptatis causa ex parte malefice exercēde agitat̄. et sunt sacratiora totius anni tempa vt natalis xp̄i paschalis et penthecosten solennitatib⁹ et alijs festiuis diebus. Et hoc faciunt triplici ex causa. Primo vt sic malefici nō solum perfidi per apostasiā a fide verum etiā sacrilegij viciū incurrūt in quibus ipsi demones delectant̄ vt ipse creator ampli⁹ offendant̄ et graui⁹ in proprijs animab⁹ malefice condemnent̄. Secūda causa q̄ cum deus sic graui⁹ offendit̄ eis maiorē potestatē seuiendi i homines et puniendi illos siue in reb⁹ siue in corporib⁹ etiā innoxios relinqnt. Qz em̄ dicit̄ filius nō portabit iniquitatem patris ꝛc. intelligit̄ quo ad eternam punitionē. temporali aūt sepissime innoxij ꝑpter aliorū facinora affliction e puniunt̄. Unde et alibi de⁹ clamat. Ego deus fortis et zelotes visitās pctā parentū in terciā et quartā generationez. Talis et punitio patuit in filijs sodomitaꝝ submersis ꝑpter parentum scelera. Tercia causa vt maiori oportunitate plures ruere faciāt presertim iuuenculas que festiuis dieb⁹ ocio et curiositatibus dū amplius insistūt eo facilius a maleficis vetulis seducant̄ prout in terra natiuitatis vnius ex his inqsitoribus cum duo simus hoc op⁹ colligentes contigit. Naz iuuencula quedam et virgo deuota sollicitata festiuo die ab vna vetula vt secum per gradus ad camerā ascenderet eo q̄ certi iuuenes pulcherrimi ibidem essent inclusi et dū illa annueret ascendentib⁹ simul vetula pcedente iniūxit iuuencule ne se signo crucis muniret. Et licet illa ānuisset occulte tamen signo illo muniuit qua ex re ptigit vt dum ascendissent et virgo neminē pspexissz eo q̄ demones ibidem existentes suā pn̄tiaz in assumptis corporib⁹ illi virgini nequibāt ostēdere. Vetula maledicendo virgini dixit. Vadas in noīe omniū dyaboloꝝ cur te signasti. Hec ex confessione pura illius virginis collegi. Potest et addi quarta causa vt sic facilius homies seducāt. qui dum psiderant q̄ talia eis a deo sacratiorib⁹ tempib⁹ fieri pmittūtur non estiment illa tam grauia eē sicut si illis tempib⁹ nequirēt facere. De loco vero an plus in locis certis se exercent. Dicendum q̄ ex verbis factisq̄z maleficaruz constat q̄ spurcicias illas oīno in locis sacris exercere nō possūt. Qua i re ppendit̄ efficacia angelice custodie ob reuerentiā illius loci. et quod amplius est. asserunt se nunq̄ȝ habere pacē nisi tempe diuinoꝝ cuz presentes fuerint in ecclesia. et ideo citius et tardius ingrediunt̄ et egrediuntur. licet alia pessima certa cerimonialia habent ad instructōnem demonū obseruare vt videlicet tempe eleuatōnis in terrā spuere. seu cogitatiōes nephandissimas p verba aut sine verbis ꝑponere vt vtinā esses in tali vel tali loco, put iaz in scd̄a parte tangetur.

An visibiliter sicut ex parte malefice ita etiam quo ad circumstantes se mutuo agitant.

De illud an visibiliter vel inuisibilit̄ hmōi spurcicias agāt mutuo dicendū quantuz expientia nos edocuit q̄ licet sp visibiliter ex pte malefice demon incub⁹ opet̄: ita q̄ nō

est necessariũ inuisibiliter propter federatũ pactũ ⁊ exp̄ssum ei appropinq̄re. Tñ quo ad circumstantes sepiꝰ ipse malefice supine iacentes in agris seu siluis vise sunt ⁊ denudate supra vmbilicum. Et iuxta dispositõnez illiꝰ spurcicie coaptatis mēbris tibijs ⁊ cruribus se agitantes demonibꝰ incubis inuisibiliter ibidem q̊ ad circūstantes cooperantibꝰ. licet in fine actus vapor nigerrimꝰ in longitudine hoīs sursuz a malefica in aerem eleuabat: sed hoc rarissime. Et qua de cā nouit ille mille artifex vt iuuenculaꝝ circūstantiā vel aliorum hoim mentes valeat aut allicere aut imutare de quibꝰ gestis ⁊ qualiter in plerisq̧ locis tam in oppido rauenspurg q̄ȝ etiā in dominio nobilium de Roppelstain. et certis alijs terris talia sunt pacta in scđa pte patebit. Sȝ et h̄ ↄtigisse certū est ꝙ maritis visibilit̄ interdum cernentibꝰ incubos demones. quos tñ non demones sed viros putabant cum eoꝝ vxoribꝰ talia pagere duȝ arma arriperēt ⁊ transfodere volebant subito demon disparuit se inuisibilem faciendo. vñ ⁊ mulieribꝰ manus et brachia obijcientibꝰ: licet interdũ lesi fuissent. ipsos tñ viros obiurgantes. an ne oculos haberent aut si a demonibꝰ obsessi forent deridebāt.

Q non solum demones incubi mulieres et eoꝛuȝ spurcicijs procreatis aut eis obstetricibꝰ oblatas infestant. sed quascunq̧ indifferēter cum maiori vel minori venerea delectatõne.

Jnaliter vero concludendo dici potest ipsos demones incubos non tantuȝ mulieribus ex eoꝛuȝ spurcicijs progenitis aut eis obstetricibus oblatis fore infestos: sed toto conatu in quascunq̧ sanctiores virgines illius terre aut oppidi per ipsas maleficas seductrices aut coplatrices anhelare. Hoc enim experientia reruȝ magistra edocuit vbi in oppido rauenspurg. certe combuste ante finalez sententiam. Huic simile asseruerũt quod eis ab earum magistris iniunctum fuisset omni conatu debere in subuersionem sanctarum virginum et viduarũ laboꝛe. Et de venerea delectatione an maioꝛ sit vel minoꝛ cuȝ incubis demonibus in coꝛpoꝛe assumpto quam ceteris paribus cum viris in coꝛpoꝛe vero dicendũ. Videtur ꝙ licet naturalis oꝛdo hoc minus excusat quin maioꝛ sit vbi simile suo simili alludit. tamē mille ille artifex vbi debita actiua debitis passiuis: licet non in natura tamē sub qualitatibus in caloꝛe: vel temperamēto aliquo coniungit vtiq̧ non minoꝛē excitare videtur ↄcupiscentiam. sed de his in sequentibus latius quo ad conditionem sexus feminei declarabit.

De modo generali quo per sacramenta ecclesie sua maleficia malefice exercēt: Et de modo quo vim generatiuā impedire solent. seu etiā alios defectus super quascũq̧ creaturas demptis coꝛpoꝛibꝰ celestibꝰ.

Capitulum quintũ.

Jam autē qualiter alias creaturas in vtroq̧ sexu et terre fruges inficiunt. plura sunt super modos agendi aduertenda. Et primo qualiter homines. deinum qualiter bestias. tercio qualiter terre fruges. Ex parte hominis. primo qualiter vim generatiuaȝ seu etiā actũ venereum ne mulier concipere: aut vir actuȝ exercere valeat maleficijs impediunt. Secundo qualiter actus ille

impeditur respectu vnius mulieris in
terdum et non alterius. Tercio quali-
ter membra virilia auferunt quasi om
nino sint a corporib⁹ euulsa. Quarto
quomodo si aliquid premissorum contin
geret potentia demonis inferente p se
non p maleficam posset discerni. Quin
to quomodo malefice homies vtrius-
qꝫ sexus in bestias p̄stigiosa arte trans-
mutant. Sexto quomodo obstetrices
malefice conceptibus in vtero matris
diuersis modis interimũt. ⁊ vbi h̄ non
faciũt demonibus infantes offerũt. Et
ne hec quasi incredibilia putarentur.
Ideo in prima parte operis per questi
ones et argumentorum solutões sunt de
cisa. Ad quas si opus sit dubi⁹ lector p
inuestiganda veritate recurrere potest
Ad p̄sens tantũmodo acta ⁊ gesta per
nos reperta. siue etiam ab aliis conscri
pta in detestatiõez tanti criminis sunt
deducenda vt priores questões si for
tassis alicui difficiles ad intelligenduz
forent. Ex his que in hac scd̃a pte tra-
dunt fidem capiat: ⁊ ab errore resiliat.
quo nullam maleficam esse. aut nullũ
maleficiũ posse fieri in mundo estima-
uit. Unde primo notandum qꝫ cũ sex
modis homines ledere possunt absqꝫ
modis quibus alias creaturas ledũt.
Et vnus sit quo amore maluz ingerũt
viro alicui ad mulierez vel mulieri ad
virum. Alius quo odium vel inuidiaz
in aliquo seminare procurant. Terci⁹
in his qui maleficiati dicunt. Ne vi ge
neratiua vti valeant ad feminaz vel vi
ceuersa femelle ad virum vel etiã aliis
modis aborsum procurando vt supra
tactum est. Quartus cum in membro
aliquo hominez egrotare faciũt. Quin-
tus cum vita priuant. Sextus cũ vsuz
rationis auferunt. Et fateri cum hoc
oportet qꝫ in omni genere rerum: dem
ptis corporibus celestibus veros defe
ctus et veras infirmitates. licet non ve
ras sanitates ex virtute naturali infer-
re possunt: et hoc ex potenti virtute na
turali et spirituali qua corporali qua-
cunqꝫ eminent virtute. Nulla etiaz in-
firmitas cum altera concordat: seu eti-
am defectus naturalis vbi infirmitas
desit. ideo diuersis mediis vtiqꝫ ad di-
uersas infirmitates et defectus proce-
dunt. De quibus aliqua quantum ne-
cessitas postulat in medium produca-
mus prius tamen ne animus lectoris
maneat suspẽsus cur supra corpora ce-
lestia aliquam immutationem facere
non possunt. Dicemus triplicem esse
causam. Prima quia super eas etiam
quo ad locum penalem existũt qui lo-
cus est aer caliginosus. et hoc propter
ipsorum officium eis deputatus: vide
supra in prima parte tractatus in que-
stione secunda de incubis demonibus
Secunda causa. quia corpora celestia
mouentur a bonis angelis. vide in ple
risqꝫ locis de motoribus orbium. pre-
cipue sanctum Thomaz in prima par-
te. q. cx. in quo concordant philosophi
cum theologis. Tercia causa ꝑpter vni
uersale regimen: et commune bonum
vniuersi cui detraheret in generali. si
malis pmitteret spiritibus in illa cor-
pora celestia aliq̃s immutatões cau-
sare. Unde ⁊ ille imutatões miracu-
lose facte in ve. aut no. testa. a deo p eo-
ruz motores. seu angelos bonos facte
sunt vt in statõe solis sub iosue. Retro
gradatõne sub ezechie obscuratõe in na
turali in passione xpi. In oĩb⁹ aũt ex
post elementis ⁊ elemẽtatis sua malefi
cia deo pmittente: ⁊ p se absqꝫ malefic̃
⁊ cũ maleficis exercere pñt. Et d̃ facto
exercere nõ cessant vt patebit. Scd̃o
notandũ qꝫ in omnibus modis malefi
ciandi. vt plurimũ semp maleficas in-
mãt. vt instrumenta sue malicie per sa

cramenta seu sacramentalia eccl'ie. vel
per quecūq; diuina: seu deo consecra-
ta efficiant vt quando imagine3 cerea3
sub palla altaris ad tempus ponūt: vl'
per crisma sacrum filum trahūt: vel ex
quibuscūq; rebus consecratis. Et hoc
quidem triplici ratione. sicut etiam ꝙ
sanctiorибꝰ anni temporibus: et preci-
pue circa aduentū domini: ⁊ festa nata
lia sua maleficia exercere solēt. Pri-
mo vt non solū homines per talia per
fidi fiant: sed etiā sacrilegi diuina quā
tū in eis est contaminanda. Et sic plus
deū creatorē suū offendant intimiꝰ ani
mas proprias condemnent: et plures
in pctā ruere faciant. Secundo vt
deus sic grauiter per homies offensus
demoni maiorē potestatē in homines
seuiendi relinquat. Sic etiā Gregoriꝰ
dicit ꝙ malis interdū iuxta eorum de-
sideria: et petitōnes concedit. iratusq;
alijs denegat propicius. Tercio vt
sic sub specie bonis apparentis plures
simplicis facilius decipiat quando ꝑ
facta diuinis rebus putant aliquid nu
minis a deo obtinuisse vbi solū maio-
ra pctā sunt commissa. Potest et addi
quarta ratio super sacratiora tempora
et principiū anni. Na3 quia festa plus
frangunt peccatis mortalibus ꝙ me-
chanicis operibus. Iuxta Augꝰ. in li.
de dece3 cordis. Superstitio autem et
maleficia de maximis seruilibꝰ operi-
bus demonis est contra diuinā reuerē
tiā. Ideo vt dictū est homines profun
dius cadere facit ⁊ creator amplius of
fendit. Et super principiū anni dicere
possumus. Iuxta ysidor li. viij. Ethi.
ca. ij. ꝙ sicut Janus a quo ianuariꝰ mē
sus dictus est. qui et in die circumcisio
nis incipit idolū fuit diuersis faciebus
confictum. vna tanq; esset finis anni ꝑ
cedentis. et alia tanq; esset principium
futuri: et vt imminentis anni esset pro
tector et fortunatus auctor in eius re-
uerentiam sed potius demonis in ido
lo faciebant pagani varias cōmotōnes
luxuriosas: et strennuas et iocalia sibi
mutuo tradiderūt. choreas varias du-
xerunt: menses preparauerūt. de qui-
bus mentio fit per beatu3 Augustinū.
in multis locis et fere per totum recitā
tur. xxvj. q. varijs. Et sicut ia3 mali cri-
stiani has corruptelas imitantur. licet
quo ad lasciuiam sint translata ab eis
ad tempora carnispriuij quando cum
laruis et ludis et alijs superstitionibꝰ
discurrunt. Ita et nūc malefice his ꝑ-
suasionibus a demonibus in ipsorum
complacentiam circa principiu3 anni
quo ad diuinum officium et cultu3. vt
festum Andree et festa natalia Christi
existunt sua maleficia exercent. Et qui
dem iam in speciali qualiter per sacra
menta primo. Demu3 qualiter per sa-
cramentalia talia exercent aliqua no-
uiter facta: et a nobis per inquisitōem
reperta referamus. Et oppidu3 quod
nominare non expedit: quia ordo cha
ritatis et ratiōis imperat et suadet: vbi
malefica corpus dominicū sumpsit et
declinans subito vt detestabilis modꝰ
est mulierum peplum ori adhibuit ⁊ i
panniculū dominicū corpus extrahē-
do inuoluit. et in ollā in qua bufo erat
sic a dyabolo informata proiecit ⁊ sub
terra in stabulum prope horreum do-
mus sue occultauit cu3 alijs plurimis
rebus adiunctis ex quibus sua malefi
cia exercere habuisset. Sed assistente
diuina pietate tantū facinus detectum
ad lucem peruenit. Nam sequenti die
mercennario quodam causa sui labo-
ris prope stabulū iter faciente vocem
quasi cuiusdam infantis eiulantis au-
diuit. et quanto propius accessit vsq;
dū ad pauimentū sub q̄ olla abscōdita
erat percussit tanto clariꝰ audiuit: et esti-
mās infantē aliquē a muliere sbtumu
latū scultecū seu ꝑsidentē accessit. ⁊ re3

gestam sua estimatione a paricida per petratam narrauit: qui cito missis seruitoribus ita esse vt ille narrauerat repertū est: exhumare aūt puerum nolebant: ꝫ potius vt custodes a remotis positi si qua mulier accederet sano vsi consilio attendere haberēt. Nec enim dominicū corpus ibi absconditū esse nouerant: vñ ꝛ contigit vt eadem malefica locū accederet ꝛ sub pallio alijs occulte cernentibus ollam abscondit. Unde capta ꝛ questionibus exposita facinus detexit asserens dominicū corpus cum bufone in olla fuisse absconditum ex his pulueribus sua ad libitū nocumenta hominibus seu alijs creaturis inferre posset. Insuper aduertendum ꝙ hanc obseruant malefice communicantes consuetudinē vt si absq̃ nota efficere valeant dominicum corpus sub lingua ꝛ non supra recipiant rationib⁹ his vt estimari potest vt abnegationis fidei remediū nunq̃ percipere velint nec per confessionem neq̃ per sacramenti eucharistie perceptionem. Secūdo vt eo facilius ex ore dominicum corpus accipiat ꝑ earū vt dictum est vsibus applicandū in maiorem creatoris offensaꝫ. Quare ꝛ omniū ecclesie rectoribus ꝛ populum cōmunicantib⁹ semper iniungitur summam adhibere diligentiam vt plurimum aperto ore ꝛ lingua bene extensa cum amotione pepli mulieres communicēt. Et quanto maior adhibetur diligentia tanto plures malefice ꝑ hūc modum notantur. De alijs rebus sacramentalibus innumeras exercēt superstitiones. Interdum imagines cereas quandoq̃ res aromaticas sub palla altaris vt supra tactum est ponētes ꝛ sub limine domus occultantibus vt per transitum ille pro quo positum est maleficiatur. Innumera possent deduci: ꝫ hec minima per maiora maleficia approbantur.

De modo quo vim generatiuam impedire solent.

Capitulū. vj.

De modo autem quo vim generatiuam impedire solent tam in hominib⁹ q̃ in iumentis etiam in vtroq̃ sexu. Potest lector ex his que supra tacta sunt in question. An demones ꝑ ipsas maleficas mentes hominū ad amorē vel odium immutare valeant. Ubi p⁹ solutiones argumentorū specialis fit declaratio de modo quo vim generatiuam impedire valeant deo permittente. Ubi tamen notandum ꝙ tale impedimentum ab intrinseco ꝛ ab extrinseco practicatur. Intrinsece autem fit ab eis dupliciter. Primo vbi rigorē mēbri pro fructificatione accomoda directe reprimunt. Nec hoc videatur impossibile cum ꝛ motum alias naturalem in aliquo membro impedire possunt. Secundo vbi missionem spirituum ad mēbra in quibus est virtus motiua prohibent quasi intercludendo vias seminis ne ad vasa generotionis descendat vel ne excidatur vel emittatur Extrinsece procurant interdum ꝑ imagines vel ex herbarum cōmestionib⁹ Interdum per alias res exteriores puta ex gallorū testiculis vel ex herbarū cōmestionibus. Non tñ credendū est ꝙ ꝟtute illarū rerum vir impotēs reddatur ꝫ occulta virtute demonum illudentem hmōi maleficas per huiusmodi vim generatiuā ne videlicet vir coire aut mulier cōcipere valeat maleficiare possunt. Et huius ratio est ꝙ pl⁹ ꝑmittit de⁹ sup hūc actū ꝑ quē primum pctm̄ diffudit q̃ super alios actus hūanos: sic ꝛ sup serpentes q̄ magis incātationibus deseruiunt q̃ alia animalia

Vñ ꝛ pluries a nobis ꝛ ab alijs inqui sitoribus repertum est ꝙ per serpētes aut per cutem serpentis hm̄oi impedi menta intulerunt. Nā quidam captus maleficus fassus fuerat ꝙ multis ānis sterilitatem tam in hoibus ꝗ̄ in iumē tis quandā domū inhabitantibus per maleficiū intulisset. Nider insuper vbi supra refert quendam maleficū nomie Stadlin in diocesi Lausanensi captū q̄ ꝛ fassus fuerat ꝙ in certa domo vbi vir ꝛ vxor simul permanebant per sua maleficia successiue in vtero vxoris viri septem infantes occidisse. Ita vt sem per aborsuꝫ fecerat femina annis multis. Silr̄ fecerat in eadem domo omnibus pecoribus ꝛ iumentis fetosis q̄rum nullum viuū partuꝫ edidit in eisdem annis. Et cum maleficus questionaret qualiter talia ꝓcurasset: aut quō reus esse posset: facinus aperuit dicēs Subter limen hostij domus serpentē posui qui si amouebitur fecūditas inhabitantibus restituetur: ꝛ sicut predixit ita euenit. Nam licet serpens non fuisset inuentus quia in pulueres redactus terrā tamen omnino asportabāt. Et eodeꝫ anno vxori ꝛ omnibus iumētis fecūditas restituta fuit. Aliud deni ꝗ factum in Kichshofen paucis ꝛ vix quattuor annis elapsis contigit: famosissima quedaꝫ malefica erat vtpote q̄ solo tactu ꝛ omni hora maleficiare et aborsū procurare sciebat. In quo duꝫ vxor cuiusdam potentis impregnata esset ꝛ ob sui custodiam quandam obstetricem ad se recepisset: auisataqꝫ ab eadem obstatrice fuisset ne castruꝫ exiret: ꝛ ꝙ precipue a colloquio ꝛ conuersatione illius malefice supradicte se caueret. Post aliq̄s septimanas immemor illius auisamenti castrū exiēs quasdā mulieres cōgregatas in quodā conuiuio visitādi grā accessit: vbi cū paulu lum resedisset malefica superuenit et ipsam dn̄am quasi salutationis gratia super ventrē ambabus manibus tetigit: ꝛ subito puerū se dolorose mouentem persensit. Vñ territa vbi ad ꝓpria redijt ꝛ rem gestā obstetrici narrasset. Heu inquiens iam puerū perdidistis exclamauit: ꝛ vt ꝓdixit in partu contigit. Nā nec aborsum integrū ꝫ paulatim frusta iam capitis iamqꝫ pedum ꝛ manuū peperit. Magna vtiqꝫ ex diuina ꝑmissione castigatio in penam eius videlicet mariti qui tales maleficas punire ꝛ iniurias creatoris vlcisci deberꝫ. Fuit ꝛ in oppido merspurg ꝯstantiensis diocesis quidam iuuenis intantuꝫ maleficatus ꝙ nullū actum carnalem cuꝫ aliqua dempta vna exercere poterat. Multis etiaꝫ audientibus retulit ꝙ sepissime duꝫ eam declinare ꝛ alias terras inhabitare ꝛ fugam capere volebat. Adhuc interdum nocturno tpe assurgēre ꝛ festine cursu velocissimo: iaꝫ per terrā iā per aerem quasi volādo redire solebat.

De modo quo membra virilia auferre solent.

Capitulum. vij.

Ed ꝛ hoc q̄ mēbra virilia auferre solent: nō quideꝫ in rerum veritate corpora humana illis spoliando: ꝫ prestigiosa arte occultando vt supra in questione desuper tacta declaratū est aliq̄ gesta in mediuꝫ ꝓducamus. In oppido nāqꝫ reuenspurg iuuenis quidā iuuencule adhesit quā relinquere volēs membrū virile ꝑdidit ꝓstigiosa vtiqꝫ arte vt nihil videre aut tangere ꝓter planū corpus posset. Anxius inde cellare quoddā adijt vt vinū emeret ꝛ paululū residēs mulieri cui alteri superuenien te causam tristicie sue apiendo singula enarrauit; ꝛ ita esse corpe demōstrabat

Astuta illa an ne aliquā sușpectaꝫ ha-
beret inq̇siuit. Et ille vtiqꝫ talē ipaꝫ de
nominando ⁊ rē gestā narrando mani
festauit. Et illa. Expedit vt per violen-
tiam aliquā vbi beneuolentia tibi non
suffragatur ꝓ acq̇renda sanitate ipam
inducas. At iuuenis in crepusculo no
ctis viā quā ꝑtransire malefica solebat
obseruauit ⁊ ipam reperiens duꝫ ꝓ sa
nitate corpis sibi reddēda supplicaret
⁊ illa se innoxiā nec quicq̃ꝫ scire assere
ret ipam inuadēdo manutergiū quod
dam ad collū fortiter cōprimendo stri
xit dicens. Nisi mihi sanitatē restitues
de manibus meis ꝑibis. Vñ illa quia
clamare non poterat et iam facies tu-
mefacta nigrescebat. Sine inq̇t me li-
beram ⁊ te sanabo. Et iuuenis duꝫ no
dum seu stricturā laxasset malefica ma
nu ipm inter femora seu coxas tetigit
dicens: iaꝫ habes qd̕ desideras. Et iu
uenis vt postmodū referebat notabili
ter persenserat anteq̃ꝫ visu aut tactu se
ipm certificasset membrū sibi ex tactu
dūtaxat malefice fuisse restitutum. Si
mile. Venerandꝰ quidā pater honesta
te vite ⁊ scientia preclarus in ordine ⁊
conuentu Spirensi referre solet. Qua
dā inq̇t die dū confessionū audiētie in
starē. Iuuenis q̇dam accessit ⁊ int̃ ver
ba cōfessionis membꝝ virile lamenta-
biliter se ꝑdidisse asseruit. Ammirans
ego pater ⁊ verbis suis faciliter crede-
re nolens eo ꝙ leuis corde q̇ facile cre
dit a sapiente iudicat̃. Expientia didi-
ci ꝑ visum nihil cernendo dū iuuenis
locū vestes detegendo demonstrasset:
vñ in me sanoq̃ꝫ cōsilio vsus An ne ali
quā haberet suspectā q̄ ei tale malefici
um intulisset inq̇siui: ⁊ iuuenis vnaꝫ se
habere suspectā ꝫ absentē ⁊ i vuorma-
cia residentē asseruit. Tūc ego hec tibi
iniūgo q̄ntotius ipam accedas ⁊ ꝓmis
sionibus ac blādis v̇bis ꝓ posse ipam
emollire studeas: qd̕ ⁊ fec̃. Nā pꝰ pau
cos dies reuersus est gr̃as mihi referēs
se sanū ⁊ cūcta recuperasse asseruit: et
sic v̇bis credidi expientia tñ visus cer-
tificatꝰ denuo. Sūt tñ ⁊ hic aliqua no-
tāda ad intelligendū clariꝰ q̄ supra de
eadē materia tacta sunt. Prio ꝙ nullo
modo credendū est talia mēbra euelli
aut segregari a corpibꝰ: ꝫ arte p̄stigio-
sa ꝑ demonē vt nec videri aut tangi va
leant occultari. Et ꝫ auctate ⁊ ratione
licet supra tactuꝫ sit vbi Alexander de
ales parte secunda dicit. Prestigium
ꝓprie sumptū est illa illusio demonis
que non habet causam ex parte muta
tionis rei: ꝫ solūmodo ex parte cogno
scentis qui deluditur: siue q̄ntū ad in-
teriores sensus siue quantū ad exterio
res. Super hec tamen verba notandū
ꝙ hic illuduntur sensus duo exteriores
scilicet visus ⁊ tactus ⁊ non interiores
vt sunt sensus cōmunis fantasia ima-
ginatiua extimatiua ⁊ memoria. Licet
sanctus Thomas tantūmodo ponat
quatuor vt supra tactum est. Eo ꝙ fan
tasiam ⁊ imaginatiuam ponit vnam ⁊
bene: pauca enim differentia est inter
imaginari ⁊ fantisari. Thomas in pri-
ma ꝑte. q. lxxix. Et hij sensus imutant̃
⁊ nō exteriores soluꝫ q̄n nihil occultat̃
vel manifestat̃ vel vigilando vl' dormi
endo. Vigilando vt dum res aliter vi
det̃ q̃ꝫ in se sit: vt cū quis videt aliqueꝫ
equū cum assessore deuorantēꝫ: aut in
bestiam esse hominem transformatuꝫ
aut seipm bestiā esse ⁊ cum bestijs de-
bere incedere estimantē: tūc em̄ sensus
exteriores deludunt̃ ⁊ occupant̃ per i-
teriores: quia virtute demonū species
sensibiles dudum reseruare in thesau-
ro specieꝝ sensibilium vt est memoria
non illa intellectiua in q̄ spēs intelligi
biles ꝯseruant̃: ꝫ memoria q̄ est conser
uatrix spērum sensibiliū q̄ etiā est i po-
steriori parte capitis educunt̃ v̇tute de
monū deo interdū ꝑmittēte ad sensuꝫ

cōmunem imaginatiuā. Et tam fortit imprimunt ꝙ sicut necesse habet imaginare equū vel bestiā per impetuosū actuz quo demon educit de memoria speciem equi vel bestie: ita necesse habet estimare se videre per oculos exteriores tantum talem bestiam que iure ab extra non est bestia ȝ per impetuosam demonis opationem mediantibꝰ illis spēbus sic videtur. Nec mirū videatur ꝙ demones possunt: cum ⁊ natura hoc facere potest etiā defectuosa vt patet in freneticis: melācolicis: maniacis ⁊ ebrijs aliquibus qui non possunt discernere. Et frenetici putant se mira vidisse ⁊ videre bestias ⁊ alia horrenda cum tamen nihil sit in reruz veritate. Vide supra i questione An malefice mentes hominū ad amorem vel odiuz possunt immutare vbi plura notantur. Est demum ⁊ ratio in se clara. Nam cum demon habeat quandā potestatem super quasdam res inferiores excipiendo tantūmodo animaz. Ideo potest ⁊ circa istas res aliquas immutationes facere quādo deꝰ sinit vt res appareant aliter q̄ȝ sint. Et hoc vt dixi aut turbando aut illudendo organum visus vt res clara videatur nubilosa: sicut etiam post fletum ꝓpter humores collectos lumen aliter apparet q̄ȝ ante Vel operando in imaginatiuam potentiam ꝑ transmutationem specieruz sensibilium vt dictuz est: vel humores varios mouendo vt appareant ignea vel aquea que sunt terrestria vel sicca vt quidam faciunt ꝙ omnes in habitatione aliqua habent se vestimētis exuere ⁊ denudare putātes se in aquis natare. Vlterius autem super modū prefatum si queritur An huiusmodi illusiones indifferenter bonis ⁊ malis accidere possūt sicut vt inferius patebit corpales alie ifirmitates etiā in grā existentibus inferri a maleficis possunt.

Super quo inherēdo verbis cassiani cassia.ij. abbatis sirent. Dicendū est ꝙ nō. Vnde oēs isti qui sic illudunt ꝑsumunt in peccatis mortalibꝰ esse: dicit enī. Ex verbis anthonij patet demonē nullatenus posse mentem cuiusq̄ȝ vel corpus inuadere nec habere facultatē in cuiuslibet animaz penitus irruendi nisi eā primo destituerit oībus cogitationibus sanctis ac spirituali contemplatione vacuā nudamq̄ȝ reddiderit. Cōcordat cū eo quod philosophia primo de consolatiōe ad Boetiū tangit. Talia tibi contuleramus arma que nisi ꝑor abiecisses inuicta te firmitate tuerentur. Vñ Cassianus ibidē refert de duobus maleficis paganis qui differētes in malicia successiue per sua maleficia demones miserunt ad cellā beati Antonij vt cuz tentationibus exinde fugarent odio viri sancti infecti: eo ꝙ multitudo populi ad eū quotidie confluebat. Qui demones licet amarissimis cogitationū stimulis Antonium pulsarunt. Illos tñ semper repulit signo crucis fronti ⁊ pectori impresso ⁊ orationū incubationibus insistendo. Ita dicere possumus ꝙ omnes qui sic a demonibus ludificantur absq̄ȝ alijs infirmitatibus corporalibus: vtiq̄ȝ diuina gratia inhabitante carent. Vñ ⁊ illud Thobie. vj. Qui libidini deseruiunt in eo diabolus accipit potestatē. Concordat ⁊ illud qđ supra circa ꝑmā partem tractatꝰ in questione. An malefice operant circa hoies in bestiales formas illos transmutando tactū est: vbi iuuencula conuersa fuit in equā sua estimatione ⁊ omniū eam aspicientiuz dempto sancto Machario cuiꝰ sensus diabolus illudere nō poterat: ad quez ducta ꝓ sanitate cū iā verā mulierē ⁊ non equā aspiceret: ⁊ econuerso oēs alij acclamarēt ꝙ equa eis videret. Ipe sanctus suis orōnibꝰ eā ⁊ alios a tali illu

sione liberauit asserēs hoc ei accidisse.
qꝛ diuinis nō vacasset nec sacramenta
vt decebat scȝ confessionis ⁊ euchari-
stie vt decebat frequentasset. Vñ iuue-
nis qui eaȝ de turpitudine sollicitaue-
rat licet renuisset ex honestate tñ iude⁹
maleficus queȝ iuuenis ea de causa vt
iuuēculā maleficiaret accesserat virtu
te demonis eā in equā cōuerterat. Sū
marie cōcludamus ꝙ in bonis fortu-
ne sic sunt res exteriores vt bona tēpo
ralia: fama ⁊ sanitas corpis: licet boni
ꝑ demones ⁊ sua membra ledi possint
in eoꝝ meritū ⁊ ꝓbationē: sicut de be-
ato Job patuit q̄ in talibus per demo
nem lesus fuit. Tamen eis inuitis sic
in nullū peccatum per maleficia trahi
possunt aut violentari: licet ab intra ⁊
in carne ab extra valeāt tentari. Ita eti
am nec hmōi illusiones fātasticas acti
ue ⁊ passiue inferre possunt. Actiue vt
eoꝝ sensus haberēt demones illudere
sicut alioꝝ in charitate non existentiū.
Passiue vt eis eoꝝ membra ꝑstigiosa
illusione haberent auferre. Hec enim
duo beato Job nunq̄ȝ diabolus infer-
re potuisset ꝑsertim passiuū nocumen
tum suꝑ actū venereū qui tante conti-
nentie erat vt dicere posset. Pepigi fe
dus cū oculis meis ne quidem cogita
rem de virgine. A fortiori de muliere
aliena: cuȝ tamen super peccatores de
mon magnā noscit ex verbis euange-
lij Luce. xj. Cum fortis armatus custo
dit atriū suū in pace sunt omnia q̄ pos
sidet habere potentiā. Veruȝ ex his si
quis quereret circa illusiones membri
virilis ꝙ licet illā illusionē non posset
demon existenti in gratia inferre passi
ue an ne posset actiue vt scȝ exñs i grā
illuderet in suo visu qꝛ videret mēbrū
annexū: cū tñ ille qui sibi estimaret ab
latū nō videret annexū nec etiā alij cir
cūstantes qd̓ si cōcedit videt esse ꝯtra
ꝑdicta. Potest dici ꝙ qꝛ non tanta vis
existit i damno actiuo sicut passiuo: ca
piendo actiuū non qui actiue intulit ſȝ
qui damnū ab extra videt vt de se ptȝ.
Ideo exñs in gratia licet posset videre
damnuȝ alterius: ⁊ in illo demon sen-
sus eius illuderet. Nō tñ posset sibiipsi
tale dānum inferre passiue vt scȝ suo
membro ꝓuaretur cū libidini non de-
seruit sicut per oppositū vt angel⁹ di-
xit Thobie. Qui libidini vacāt demo
niū accipit potestatē. Quid deniq̄ȝ sē-
tiendum suꝑ eas maleficas qui hmōi
membra in copioso interduȝ numero
vt viginti vel triginta mēbra insimul
ad nidū auiū vel ad aliqd̓ scrineū iclu
dunt vbi ⁊ q̄si ad viuentia membra se
mouent vel auenā vel pabulum cūsu-
menda ꝓut a multis visa sunt ⁊ com-
munis fama refert. Dicendū ꝙ diabo-
lica ọꝑatione ⁊ illusione cūcta exercen
tur: sic em̄ sensus videntiū illuduntur
modis supra tactis. Retulit em̄ quidā
ꝙ dum membrū ꝑdidisset ⁊ quandam
maleficā cause recuperande sanitatis
accessisset. Illa vt quendā arborē ascē-
deret infirmo iniunxit ⁊ vt de nido in
quo plurima erant membra si qd̓ vel-
let accipere posset indulsit. Et cum ille
magnuȝ quoddaȝ accipere attentasset
non ait malefica illud accipias ⁊ quia
vni ex plebanis attineret subiūxit: hec
omnia vtiq̄ȝ ꝑstigiosa illusione fieri a
demonibus modis supra tactis orga-
num visus per transmutationē specie
rum sensibiliū in imaginatiuam potē-
tiam turbando. Nec em̄ oportet assere
re ꝙ demones sint in assumptis sic mē-
bris ostendentes quemadmodum so-
lent in assumptis corporibus ex aere
maleficis ⁊ interdū hominibus appa-
rere ⁊ cum eis conuersari. Ratio ē: qꝛ
faciliori modo videlicet per motū in-
teriorem localē specierū sensibiliuȝ ex
cōseruatoria seu memoratiua potētia
ad imaginatiuā ista facere possunt. Et

si quis dicere vellet ꝙ etiam simili mo
do facere possent vbi in assumptis cor
porib9 asserunt maleficis aut alijs ho
minibus conuersari vt videlicet tales
apparitiones facerēt p transmutatōes
spēcierum sensibiliū in imaginatiuā po
tentiam vt hoies dum putarent demo
nes in assumptis corporibus esse presen-
tes:tūc non essent nisi tales spēcierū sen
sibiliū in interioribus potentijs imu-
tationes. Dicendum ꝙ si nil altius de
mon ostendere vellet:nisi tantūmodo
humane effigie p̄sentationē:tunc vtiqꝫ
opus non esset ei in assumpto corpore
apparere cum sufficienter per p̄fatam
transmutationem hoc efficere posset.
Nūc aūt qꝛ altiora habet exercere pu
ta loqui cōuesci ⁊ alijs spurcitijs inten
dere. Ideo ⁊ ipm p̄sentem esse oportet
ab extra visui realiter in assumpto cor
pore se obijciendo qꝛ virtus angeli ibi
est vbi operat̄ sm doctores. In questio-
ne vero qua querit̄. Quid si demon p
se absqꝫ malefica membꝝ virile alicui
auferret. An aliqua sit differētia inter
vnā ablationē ⁊ alteram. Dici potest
vltra illa que tangunt̄ in p̄ma pte tra-
ctatus in questione An malefice mē-
bra virilia possint auferre ꝙ vbi demō
per se membꝝ auferret:tūc vere ⁊ reali
ter auferret:⁊ vere ⁊ realit̄ restitueret
quandocūqꝫ restituere haberet. In se-
cundo sicut non absqꝫ lesione ita non
absqꝫ dolore auferret. Tercio ꝙ nunqꝫ
nisi coactus per bonū angelum hoc fa
ceret eo ꝙ materiam sui lucri amputa
re haberet: nouit eñ plura maleficia
super illum actū exercere qꝫ sup alios
humanos actus: sic etiā deus plus p-
mittit illū actū maleficiare qꝫ alios hu
manos actus vt supra tactum est:que
singula locum non habent vbi p male
ficas deo permittente operat̄. Et si du
bitatur an demon plus affectat homi-
nes ⁊ creaturas per seipm ledere qꝫ p
maleficas. Dici potest ꝙ nulla est cō
paratio. In infinitū eñ plus affectat p
maleficas ledere. Tū quia maiorem
infert deo contumeliā creaturā sibi di
catam vsurpando. Scdo qꝛ cum deus
amplius offendit:amplius sibi nocen
di hominibus potestas permittit̄. Ter
cio ꝓpter sui lucrū quod in perditio-
nem statuit animarum.

De modo quo malefice ho mines in bestiales formas trāsformant.

Capitulum. viij.

Ed et hoc ꝙ ma
lefice homines in bestiales
formas virtute demonū quia
talia princip aliter operat̄ transformant.
Licet in prima parte operis questiōe
An alia malefice valeant efficere sat̄
sit declaratū: quia tamen aliquibus il
la questio sub suis argumentis ⁊ solu
tionibus nimis posset esse obscura p̄
serti cū acta ⁊ gesta super hec nō sūt de
ducta. Modus etiā quo seipas sic trā
formāt non est expressus. Ideo p̄sens
addenda est declaratio p solutōes plu
rimorum dubiorum. Et primo ꝙ canon ille
xxvj.q.v.epi.non est sic nude intelligē
dus circa hanc materiā ꝑut plures eti
am docti ꝫ vtinam bene docti decipiū
tur:⁊ q̄ publice in eorum sermonibus as
serere non verent̄ hmōi transmutatio
nes prestigiosas:nullo modo etiā vir-
tute demonum posse fieri. Et hoc vtiqꝫ
in magnum fidei detrimentum vt sepe
tactum est ⁊ maleficarum confortatio
nem que ⁊ multum de talibus cōgau
dent sermonibus. Contingit autē hoc
huiusmodi predicatoribus eo ꝙ in cor
tice ⁊ non in medulla verborum cano

nis laborant vt supra tactum est. Cum enim dicit. Quisquis credit posse fieri aliquā creaturam aut in melius aut in deterius transmutari aut transformari in aliam speciem vel in aliam similitudinem nisi ab ipso creatore qui omnia fecit proculdubio infidelis est. Hic plus lector attendat ad duo principalia. Primo super verbū fieri. Secundo super verba in aliā silitudinem ꝯuerti. Sup primū sit resolutus ꝙ fieri capit dupliciter: videlicet ꝓ creari ⁊ ꝓ naturali ꝑductōe alicuius rei. Primo modo soli deo conuenit vt notum est qui sua infinita potentia aliquid ex nihilo creare potest. Scōo modo distiguendum est de creaturis. Quia aut sūt creature ꝑfecte vt homo asinus ⁊c. Aut sunt imperfecte vt serpentes rane mures ⁊c. que ideo dicunt imperfecta quia ex putrefactione generari etiam possunt: licet em̄ semper de primis loquit canon: non de secundis: quod potest patere eo ꝙ Albertus in libro de animalibus vbi querit An demones possint facere vera animalia. Et respōdit ꝙ sic. ꝯ hoc quo ad imperfecta animalia. Etiā cū ea differentia ꝙ non in instanti sic deus operat sed motu quodā licet subito: sicut patet de maleficis Exo. vij. si placet vide aliqua que i notata questione tangunt circa primam partem operis: ⁊ in solutione primi argumenti. Super scōm vbi tangitur ꝙ non possunt aliquā creaturā transmutare. Dicas ꝙ est duplex transmutatio Substantialis ⁊ accidentalis. Et hec accidentalis iterū duplex: quia vel per formaꝫ naturalem ⁊ inherentem rei q̄ videt vel per formā non inherentē rei que videtur: ꝯ inherentem organis et potentijs ipsius videntis. De primis loquit canon ⁊ precipue de formali seu quidditatiua trāsmutatione ꝑut vna substantia in aliam transmutatur cuiusmodi solus deus qui talium quidditatum creator existit facere potest: loquitur etiaꝫ ⁊ de secunda licet illaꝫ demon efficere possit inquantum per infirmitates diuina permissione immissas aliqua forma accidentalis corporis inducitur: vt vbi leprosa facies appareret vel huius simile: sed quia proprie de his non loquitur: sed de prestigiosa apparitione: ſm quam videntur res trāsmutari in alias similitudines. Dicimus ꝙ has trāsmutationes allegat ca. excludere non potest: quod auctoritate: ratione: ⁊ experientia insimul ex his que super certa experimenta que Augustinus li. xviij. ca. xvij. de ciuita. dei refert deducuntur: et ꝑ varias questiones illa etiam declarando: nam inter alias prestigiosas transformatiōes refert ꝙ famosissima maga circes mutauerit socios vlixis in bestias. Et ꝙ q̄dam stabularie mulieres conuertisset hospites suos in iumenta onera portātis. Refert etiam socios diomedis in aues conuersos: et ꝙ postea longo tēpore circa templum diomedis volassent. Et quod prestantius narrasset de patre suo veraciter: ꝙ ipse pater dixisset se caballum fuisse et annonaꝫ cum alijs animalibus baiulasse. De primo nanqꝫ ꝙ socij vlixis fuissent in bestias mutati: ibi vtiqꝫ sola apparentia fuit ⁊ oculorum deceptio ita ꝙ forma illa bestialis educta fuit de cōseruatorio seu memoria specieruꝫ ad ipam vim imaginetiuam: vnde et visio imaginaria causabatur et consequenter ex forti impressione in potentias alias et organa videns estimabat se bestiaꝫ videre: modo quo supra in precedēti capitulo tactum est: sed quomodo ista fieri possūt virtute demonis sine lesione infra patebit. De secūdo vero vbi hospites in iumenta onera portantia a stabularijs cōuertebant ⁊ silr hoc ꝙ ꝑstātij pater

se equū fuisse et bladū portasse narrat
Notandū ꝙ ibi tres fuerūt deceptōes
Prima, ꝙ illi hoies ꝑstigiosa arte vi-
debant conuersi in iumenta, q̄ conuer
sio facta fuit mō supra tacto. Secūda
ꝙ illa onera vbi excedebant vires por-
tantiū demones inuisibiliter illa attu
lerunt. Tercia ꝙ illi q̄ alijs videbātur
transmutati in spēs, sibi ipis etiā vide
bantur se in bestias conuersos, sic Na
buchodonosor contigit, vbi septē tpa
sup eū fuerūt imutata, vt fenū q̄si bos
comederet. De illo aūt ꝙ socij diome-
dis fuissent in aues cōuersi: ⁊ circa tē-
plū volasse. Dicendū ꝙ ille diomedis
qꝛ in exercitu grecoꝝ circa obsidionē
ciuitatis troye fuerat, vbi ad ꝓpria re-
dire volebat i mari cū socijs ſbmersus
fuit. Ideo cū ex suggestione cuiusdā
idoli templū sibi quasi inter deos an-
numeratꝰ esset cōstructū fuerat, demo
nes in confirmatōꝫ erroris longo tem-
pore tanq̄ aues loco coꝝ volabāt, qua
re ⁊ aliud genus supstitionis a ꝑdictis
ꝑstigijs ibi fuit, qꝛ videlicet non per re
ductionē spēꝝ sensibiliū ad vim ima-
ginatiuā, ſ; in assumptis corpibꝰ tanq̄
aues volantes se oculis aspicientiū in-
gerebant. Qꝫ si querit. An etiā predi-
cto mō ꝑ reductionē spēꝝ sensibilium
aspicientes illudere potuissent vt de-
mones nō in assumptis corpibꝰ ex ae-
re tanq̄ volantes aues se ingessissent.
Dicendum ꝙ sic. Nam et opinio q̄rū-
dam fuit vt recitat sctūs thomas in .ij.
sniaꝝ. di. viij. ar. ij. ꝙ angeli quicunq̄
siue boni siue mali nunq̄ assumerent
corpa, sed ꝙ oia q̄ de eoꝝ apparitōibꝰ
leguntur in scripturis facta fuerint in
ꝑstigijs, vel ſm visionē imaginariam
In quibus verbis notat a doctore san
cto differentia inter ꝑstigiū ⁊ imagina
riā visionē. Quia ꝑstigiū potest habe-
re rem ab extra corpali visui se obijciē-
tem. licet aliter videatur q̄ sit. Imagi
naria aūt visio non hoc necessario req̄
rit, vt videlicet res ab extra obijciatur.
sed potest fieri absq̄ illa exteriori obie
ctione tantummō per illas interiores
spēs sensibiles vbi ad vim imaginati-
uā reducuntur. Vn̄ illoꝝ opinionem
sequēdo socij diomedis nō fuerunt re
presentati ꝑ demones in assumptꝭ cor
poribus ⁊ similitudinibus auiū. ſ; tan
tummodo fantastica ⁊ imaginaria visi
one, per illaꝝ vicꝫ spēꝝ sensibiliū redu
ctionē ⁊c. vt supra. Sed qꝛ doctor san-
ctus opinionē illā vt errorē ⁊ nō vt opi
nionem simplicē reprobat, licet nō vt
heresim forte vt pie creditur. cum etiā
tales apparitōnes imaginarie inducꝫ
⁊ a bonis ⁊ a malis angelis fuerit abs-
q̄ corpibus assumptis vsitate. Idō vt
ibidem dicit cū scti cōiter dicunt ange
los etiā corpali visione apparuisse, ⁊ ta
lis apparitio fit in assumptis corpibus
Textus etiā scripture sacre super tales
corpales apparitiones plus cōcordat
q̄ super imaginarias aut prestigiosas
Ideo ex his ad presens dicere possu-
mus etiam super quascunq̄ visiones
consimiles illis de socijs diomedis. ꝙ
licet illi socij imaginaria visione viden
tium potuissent opere demonum vide
ri modo quo dictum est, tamen potius
presumitur ꝙ per demones in assum-
ptis corporibus ex elemento aeris tā-
q̄ aues volātes fuerint visi, aut ꝙ alie
aues naturales a demonibus agitate
illos representauerint.

Qualiter demones intra corpora ⁊ capita existūt sine lesiōe quando prestigiosas operātur transmutationes. Capi. ix.

Vod si vlterius
super moduꝫ prestigiose trās-
mutationis queritur. An in-
tra corpora ⁊ capita tunc exi-

ſtant. Et an ſi tales ſint tanqꝫ obſeſſi a demonibus eſtimandi. ⁊ qualiter fieri poſſit vt abſqꝫ leſione potentiarum ⁊ virium interiorꝝ poſſint ſpēs ab vna potentia interiori ad aliam deducē. et vtrū tale opus debeat cenſeri miraculoſum factū aut nō. Ad primū oportꝫ diſtinguere de preſtigioſa illuſione. eo ꝙ vt dictū eſt. Illa illūſio fit interdum ſuper ſenſus exteriores. interdū ſuper interiores vſqꝫ ad ſenſum exteriorem. Prima ergo licet poſſit fieri abſqꝫ hoc ꝙ demones intrent potentias exteriores illas occupando. ſꝫ tm̄ exterius deludendo. vt vbi corpus aliqđ occultare vellet per interpoſitionē alicuiꝰ alterius corporis vel alio quocunqꝫ modo. Aut vbi ꝓ ſe corpus aſſumeret ⁊ ſe viſui obijceret. Scđa tn̄ non poteſt fieri niſi ipm caput ⁊ potētias ꝑncipaliꝰ occupet. Et hoc oſtēditur auctoritate et ratione. Nec obſtare poteſt ꝙ duo ſpiritus creati nō poſſint eſſe in vno ⁊ eodem loco. ⁊ aīa ſit in qualibet ꝑte corporis. Eſt aūt auctoritas ſuper hoc Damaſceni. Angelꝰ ibi eſt vbi opat'. Ratō ſcti thome. ij. ſen. di. vij. ar. v. Oēs angeli boni ⁊ mali ex virtute naturali q̄ ꝓſtantior vtiqꝫ eſt quacunqꝫ corꝑali hūt ꝑtātem tranſmutandi corpora noſtra. Patet hoc ne dum ꝓpter ſubſtantiam ⁊ nobilitatē nature. ſed et iō ꝙ tota machina mundi ⁊ creatura corꝑal' amminiſtrat' per angelos Grego. iiij. dialo. In hunc mundū viſibilē nihil niſi per creaturā inuiſibilē diſponi pōt. vn̄ oīa corꝑalia regunt' ꝑ angelos. ſicut ⁊ motores orbiū aſſeruntur non ſoluꝫ a doctoribus ſanctis ſed etiā a phis omnibus. Patet et ex eo ꝙ omnia corpora humana mouentur ab animabꝰ ſicut omnia alia per corpora celeſtia ⁊ ꝑ ipſorū motores. Si cui placet videat ſanctū thomam in prima parte. q. cx. ar. j. Ex quo ꝯcluditur ꝙ qꝛ demones vbi opantur ibi ſunt. Ideo qñ fantaſias et interiores potentias perturbant tunc etiam ibi exiſtūt. Item licet illabi aīe illi ſit tantū poſſibile qui eam creauit tamen demones etiam illabi poſſunt deo ꝑmittente corꝑibus noſtris. Et qꝛ ꝓ tunc poſſunt impreſſiones facere in potētias iteriores affixas organis corporalibus. Ideo ⁊ ꝑ illas impreſſiōes ſicut immutantur organa ita imutant' opationes potentiarꝝ. modo quo dcm̄ eſt ꝙ educere poſſunt ſpēs reſeruatas in vna potentia affixa organo ſicut ex memoria que eſt in vltima ꝑte capitis educit ſpēm equi localiter mouendo illud fantaſma vſqꝫ ad mediā ꝑtē capitis vbi eſt cellula virtutis imaginatiue ⁊ demū conſeq̄nter vſqꝫ ad ſenſum cōmunē cuiꝰ reſidētia eſt i anteriori parte capitis. Et oīa tn̄ ſubito ſic immutare ⁊ ꝑturbare poſſunt vt forme tales neceſſario eſtimentur. Ac ſi exteriori viſui obijcerent'. Exemplū patuit ex naturali defectu in freneticis ⁊ alijs maniacis. Quod ſi queritur quō hoc abſqꝫ dolore capitis efficere poſſit. facilis eſt reſpōſio. Primo qꝛ em̄ organa nō diuidit nec immutat quo ad ipoꝝ ſubiectuꝫ. ſed tantūmodo ſpecies mouet Item ſecundo qꝛ non alterat imitēdo aliquā qualitatē actiuā. vn̄ neceſſario paſſio ſeq̄tur. cū ⁊ ipe in ſe demon omni qualitate corꝑali careat. iō ſine dolore talia opari pt. Item tercio quia vt dictū eſt tantūmō facit tranſmutationes per motum localem ab vno organo ad aliud et non per alios motus ex quibus alterationes leſiue interdum cauſantur. Illud ergo quod difficultatem facit ꝙ quia duo ſpiritus non poſſunt eſſe in eodem loco puta diffinitiue. ⁊ anima etiaꝫ exiſtit in capite quomodo tunc demones ibidem exiſtere poſſunt. Dicendum ꝙ reſidentia anīe aſſignatur centrum cordis in quo vitā

influēdo omnibus mēbris cōicat. Et exemplū datur de aranea in medio tele que sentit tactum ex omni pte. Tamen quia dictū augustini in libro de spiritu et anima. ꝙ est tota in toto ⁊ tota qualibet pte corpis. Ideo dato ꝙ sit in capite. adhuc demon ibi opari pōt. quia alia est eius operatio ab opatōe anime cum operatio anie in corpe est vt informat ⁊ vitam influat. vñ ē ibi sicforma in materia nō sicut in loco. Demon aūt sicut i tali pte corpis ⁊ tali loco immutando ⁊ operando circa spēs sensibiles. Unde quia nulla confusio operationū est inter eos. Ideo vtrūqȝ simul in eadem parte corpis esse pñt. Ad illud. An tales sint tanqȝ obsessi ⁊ arrepticij. i. a demonibus arrepti estimandi. quia specialem hoc vult habere declarationem. An videlicet ħ possibile sit vt opere maleficoꝝ aliquis vt obsessus a demone. i. ꝙ demū eū possideat vere ⁊ corpaliter. Idō de tali materia specialis tractabitur modus i capitulo sequenti. habet em̄ et hoc specialem difficultatem. An operibus maleficoꝝ id fieri valeat. Ad illud tantūmodo. An talia opera maleficorum et demonum sint ad modum miraculorum operum censenda. ita ꝙ debeant opera miraculosa estimari. Dicendū ꝙ sic inquantum fiunt preter ordinē nature create nobis note per virtutem creature nobis ignote. licet non sint ꝓprie miracula sicut illa que fiunt ꝑter ordinem totius nature create qualia sunt miracula dei ⁊ sanctorum. Vide que in prima parte operis sub quinta questione ⁊ reprobatōne tercij erroris tacta sunt vltra que addenda sunt hec ꝓpter eos qui hmōi opera impugnare possent quasi nō debeāt censeri opa miraculosa sed simpliciter opera diabolica eo ꝙ cum miracula sint data in confirmationē fidei non debent cōcedi fidei aduersario. Tum etiam qꝛ sig antichristi dicūtur ab apostolo signa mendacia. Sed dicendum ad ṗmum Q̄ꝛ miracl'a facere ē donū gr̃e gt̄ꝛ date Unde sicut ꝑ malos possunt fieri homines. ita ⁊ ꝑ malos spūs in his videlicet ad que eorum virtus extendere se potest. Unde etiā discernuntur miracula per bonos facta ab illis q̄ per malos fiunt ad minus tripliciter. Prio ex efficacia virtutis opātis qꝛ signa facta ꝑ bonos diuina virtute fiunt in illꝪ etiā ad que virtus actiue nature se nullo modo extendit. sicut suscitare mortuos ⁊ hmōi que demones ſm̄ vitatē facere non possunt. sed in prestigijs tātum vt symon magus de mortuo cuiꝰ caput agitabat que diu durare nō pñt Scđo ex vtilitate signoꝝ. qꝛ signa per bonos facta sunt de rebꝰ vtilibꝰ. vt in curationibus infirmitatū ⁊ hmōi. Signa aūt per maleficas facta sunt de rebus nociuis vel vanis sicut ꝙ volāt in aere vel reddant membra hominum stupida ⁊ hmōi. Et hanc differentiam assignat beatus Petrus in itinerario Clementis. Tercia differentia est q̄ntū ad finem. qꝛ signa bonoꝝ ordinantꝰ ad edificationē fidei ⁊ bonoꝝ morum. Sed signa maloꝝ sunt in manifestū nocumentū fidei ⁊ honestatis. Etiam q̄tum ad modum operandi differūt. quia boni operantur mirabilia per inuocationem diuini nominis pie et reuerenter. Sed malefici et mali quibusdam deliramentis et demonum inuocationibus. Aliud etiam non obstat ꝙ videlicet apostolus opera diaboli et antichristi nominat signa mendacia. quia tunc illa mirabilia que fiēt ab eo diuina permissione sunt vera et etiam falsa diuersis respectibus. Vera i illis que fiunt virtute demonis ad que eiꝰ virtus se extendere potest. Falsa quādo faciet ea ad que sua virtus se nō pt

extenderet vt suscitare mortuos. illuminare cecos. quia in primo vbi facē attētabit aut intrabit corpus defuncti aut illud amouebit ⁊ loco illius ipe in assumpto corpore ex aere se p̄sentabit. et sic in secundo prestigiosa arte visuz aufert. aut infirmitates alias ⁊ subito sanabit a lesione cessando. non qualitates interiores rectificando sicut in legēda Bartholomei ponitur. Possūt etiā oīa mirabilia opa antichristi ⁊ maleficaꝝ dici signa mendacia inquantū solummodo ad decipiendum fiunt iā ⁊ tunc operabitur antichristus. Hec thomas distin. vij. de virtute demonū in operando. Posset etiam hic adduci differentia miraculorum que ponit in compendio theologice veritatis. ⁊ inter mirum et miraculum. quia cum miraculum proprie quatuor requirat scilicet ꝙ sit a deo. et ꝙ sit preter existētiam nature. contra cuius ordinem fit et tercio ꝙ sit euidens. et quarto ꝙ ad fidei corroborationez. quia ergo ī operibus maleficarum primum ⁊ vltimū ad minus deficiunt. ideo mira opera non autem miracula dici possunt. Ea etiam ratione. quia ⁊ si aliquo modo miracula dici possunt: quia tamen q̄dam sunt supra naturam. quedam cōtra naturam. quedam preter naturam Et supra naturam sunt illa in quibus non est simile in natura nec in eiꝰ potentia. vt virginem parere. Contra naturam vt que fiunt vsu contrario nature terminantur autez ad conforme nature. vt ceci illuminatio. Et preter naturam: vt que fiunt ordini simile nature non tamen per principium nature. vt in mutatione virgarum in serpētes quod natura facere potuisset per longam putrefactionem propter ratōnes seminales. sic etiam opera magorum dicentur mirabilia. Rem gestam narrare expedit et paululum eius declarationi insistere. Est oppidum in diocesi Argentinensi cuius nomen occultare ordo charitatis ⁊ honestatis postulat. In quo laborator quadam die dum ligna ad comburendum dumtaxat in domo secaret. Cattus quidā nō parue quātitatis ipm molestare ei importune se obijciendo nisus est. quem abiendo ecce alius maioris quantitatis simul cuz priori acrius ipm aggrediuntur quos iterum vbi repellere volebat. ecce tres pariter et iam versus vultum saliendo iāq inter tibias morsibus lacerando ipm aggrediuntur. Perterritus inde et vt retulit maiori anxietate nunq̄ perplexus signo crucis se muniendo et opus pretermittendo per incisa ligna cattos infestos et modo ad faciem modo ad guttur denuo saltantes iam vnam ad caput iam alteram ad pedes aut super dorsum percutiendo vix abegit. Et ecce post hore spacium dum iterum suo operi insisteret duo famuli oppidi consuluz tanq̄ malefactorem ipsum capientes ad presentiam balíui seu iudicis ducere volebant qui iudex a longe ipsum aspiciens. Nec audientiam sibi prestare volens: imperat vt ad profundum cuiusdam turris seu carceris vbi plectendi includebantur ad mortem proijceretur. Eiulans ille et cur talia pateretur cum in nullo crimine se consciū agnosceret per triduum custodibꝰ carceris querulose lamentabatur. Et hi quidem quanto pro audientia sibi p̄standa amplius instarent. Tanto acrius iudex ira seuiebat verbis contumeliosis asserens quomodo tantus malefactor adhuc reatū suū nō agnoscēt. aut quomodo se innocentē proclamaret cū euidētia facti eiꝰ flagicia horrenda demōstrarēt. Et cū hi nil ꝓficerent tñ suasu alioꝝ consulū iudex inductꝰ audiētiā sibi p̄stare hūit. Eductus ita-

ꝙ de carcere cuꝫ ante iudicem staret et
iudex ipm intueri renueret: pauper ge
nubus alioꝝ circũsedentiũ ꝓuolutus
petijt vt causa sue calamitatis sibi ape
riretur: sicqꝫ iudex in hec verba proru
pit. Tu scelestissim⁹ hominũ quõ tua
flagitia non recognoscis. Ecce tali die
⁊ tali hora tres matronas ꝑcipuas hu
ius ciuitatis vulnerasti vt in lectis de-
cũbentis nec surgere aut mouere se va
lent. Refocillatus paup ⁊ de die ⁊ ho-
ra ac de euẽtu rei apud se ruminans:
dixit. En diebus vite mee mulierem
nunq̃ꝫ percussi aut verberaui: ⁊ ꝙ tali
die ⁊ hora sectioni lignoꝝ insteti testiũ
legittima ꝓductione ꝓbabo. Sed et
vrĩ familiares sequenti hora huic ope-
ri me insistentẽ comparuerũt. Tũc ite-
rum furibundus iudex. Ecce ait quõ
scelera sua palliare nititur. Mulieres
verbera deplangunt demonstraut ⁊ ꝙ
eas ꝑcusserit publice testanẗ. Tũc pau
per amplius super euentum rei rumi
nans. Illa inquit hora creaturas me ꝑ
cussisse recolo: nõ aũt mulieres. Atto
niti circũsedentes ⁊ vt cuiusmodi crea
turas ꝑcusserit referari cupiũt. Tunc
ille rem gestam ⁊ ꝓut supra tactum est
cibus stupentibus recitauit. Et intelli
gentes opus demonis fuisse pauperẽ
solutum ⁊ illesum abire ⁊ ꝙ negotium
nulli reuelaret preceipiũt. Sed nec a fi-
dei zelatoribus qui ⁊ interfuerant euẽ-
tus occultari potuit: super quem mo-
dum aliqua differendo. An ne demo-
nes in assumptis sic effigijs absqꝫ ꝓsen
tia maleficarum apparuerũt aut earũ
corporalis ꝓsentia prestigioso artificio
in bestiales illas formas transmutata
fuerit. Respondendo cõcludere opor-
tet: Qꝫ licet vtrũqꝫ virtute demonum
fieri posset: ipm tñ scdm factum fuisse
amplius ꝓsumitur. Nam motũ loca-
lem vbi demones in effigijs cattoꝝ la
boratorẽ inuaserũt etiã laboratoris ict⁹
⁊ vbera cattis illata mulieribus in do
mo residentibus subito ⁊ per aereꝫ in
ferre potuisse: ⁊ hoc ꝓpter pactum mu
tuo dudum initũ nemo dubitat. Sic
enĩ ⁊ lesionem vel puncturam quaꝫ in
ferre volunt sciunt alicui imagini depi
cto vel fuso vbi aliqueꝫ maleficiare vo
lunt ꝙ nõ illi imagini ꝫ illum quẽ pre
sentare habet iuxta pũcturas sup ima
gines factas ledunt. Varia sup hunc
modum gesta deduci possent. Nec va
let instantia si quis obijceret illas mu
lieres sic lesas fortassis fuisse innocen-
tes eo ꝙ ⁊ per exempla tacta lesiones
etiam innocentibus posse contingere
patet. Dum aliquis ignoranter ꝑ ima
ginem artificialem a malefica leditur
instantia non valet: quia aliud est a de
mone per maleficam ledi: ⁊ aliud per
ipsum demonem absqꝫ malefica: quia
demon per se in effigie animalis tunc
verbera suscipit quando alteri sibi per
pactum coniuncto infert. Et quando
cum eius consensu ad talem apperitio
nem sub tali forma et modo se ingessit
Vnde sic tanummodo noxios ⁊ sibi
per pactum coniunctos nocere potest
et nullo modo innocentes. Per male
ficas autem vbi demones ledere que-
runt tunc etiam innocentes permissio
ne diuina in vltionem tanti criminis
sepe affligunt: verum ꝙ etiam demo-
nes per se interdum deo permittente
et innocentes ledunt et dudum Job
sanctissimũ leserunt: sed ibi nõ fuerũt
nec visus fuit diacolus hmõi ꝓstigiosis
apparitionibus prout in tali facto ⁊ ꝑ
tale fantasma catti qđ animal ꝑfidorũ
est appropriatũ signũ: sic canis ꝑdica
toꝝ in scripturis. Vñ semꝑ mutuo sibi
insidianẗ. Et ordo ꝑdicatoꝝ sub figu-
ra catuli latrantis in primo fundato-
re aduersus hereses ꝑmõstratus fuit.
Presumiẗ aũt ꝙ ꝑ scdm modũ malefi
ce ille tres laboratorẽ inuaserũt: tũ ꝙ pri

mus modus nõ tñ eis placuisset. tũ qꝛ scõs eaꝝ curiositati magis cõgruit. In quo etiã talis ordo circa tria fuatus fuit. Primo ꝙ ad demonũ instantiã sollicitate sup hoc fuerũt ꝛ non demones ad instantiã maleficaꝝ. Sic eĩ sepissime ex eaꝝ fassionibꝰ reptum ẽ a nobis ꝙ ad instantiã demonũ eas continue ad mala ꝑpetranda infestantes plura habẽt facere. Et verisimile ꝙ de se nõ cogitassent paupem molestare. Cã aũt quare demones ad hoc sollicitabant sine dubio extitit ꝙ qꝛ bene noscunt vbi crimina manifesta impunita remanent amplius deus offenditur. fides catholica dehonestatur. ꝛ ipãrum numerus amplꝰ augmentaꝛ. Secundo. habito eaꝝ consensu demones earum corpa localiter trãstulerũt ea facilitate qua ꝛ spũalis virtꝰ pꝛestãt ioꝛ corporali existit. Tercõ ꝙ pstigiosa apparitione modo quo supꝛa tactũ est i formas illas bestiales cõuerse ipm laboratorẽ inuadere hũerunt. nec defense a verberibus sicut vtiqꝫ ea facilitate q̃ translate fuerant eas defendere potuissent. sed verberari ꝛ verberatorẽ manifestare ꝑmiserunt. scientes illa flagicia per effeminatos viros nullũ zelũ fidei habentes remanere ob causas ꝑtactas impunita. Alludit quod legitur de q̃dam sancto viro qui dum semel predicantem diabolum in forma sacerdotꝫ deuoti in ecclesia repꝑisset. et per spm̃ ipm demonẽ agnouisset esse verba sua obseruauit. et an bene vel male pplm̃ informaret attendebat. Et duꝫ ipm irreprehensibilẽꝛ potius criminum obsurgatorem perpendisset. finito ꝑmõe eo accersito dum causam super his q̃reret respondit. Ecce veritateꝫ dico sciens ꝙ dum auditores sint verbi et nõ factores amplius deus offendiꝛ ꝛ lucrum meum augmentatur.

De modo quo demones per maleficarũ operatões homines interdũ substantialiter inhabitant. Capit. x.

Via i preceden ti capitulo tactũ est qualiter demones etiã capita hominum aut alias partes corpis occupare ꝛ itrareꝛ spẽs interiores de loco ad locum mouere possunt. Dubitare q̃s posset. An ne ex toto hoies ad istãtiã maleficaꝝ obsidẽ possẽ t. ꝛ de diuersis modis obsidendi absqꝫ maleficaꝝ istãtia. Vnde ꝓ haꝝ declaratiõe tria sunt declaranda. Primo de diuersis modis possidendi. Scõo ꝙ ad instantiaꝫ maleficaꝝ diuina permissione demones interdum oibus illis modis possident. Tercio acta et gesta sup h̃ deducenda. Quo ad primum. secluso illo generali modo quo diabolꝰ homineꝫ cum quolibet peccato mortali inhabitat. De quo modo sanctus tho. q̃lib. iij. q. iij. sub dubio. An diabolus semper substantialiter inhabitat homineꝫ quandocunqꝫ peccat mortaliter. Causa dubitatõnis eius sit ꝙ cũ spũs sctũs semper inhabitat hominem cum gr̃a Juxta illud pꝛio. j. ad Cor. iij. Tẽpluꝫ dei estis ꝛ spiritus dei habitat in vobis ꝛ gr̃e opponitur culpa ꝛ opposita hñt fieri circa idem. Vbi etiaꝫ declarat ꝙ qꝛ inhabitare hominẽ potest intelligi dupliciter. Vel q̃tum ad animam vl' quantum ad corpus. Et primo modo cum non est diabolo possibile inhabitare animam eo ꝙ solus deus mẽti illabitur. Nec iteꝝ diabolus ita est causa culpe sicut spiritussanctus efficit in anima per se operãdo. Ideo similitudo non valet. Quantum vero ad corpus dicere possumus ꝙ dupliciter diabolus potest inhabitare hominẽ. sic etiam dupliciter homines reperiũtur vel in peccato vel in gratia existentes.

Primo dicere oportet ꝙ qꝛ ex q̊libet
peccato mortali hō̃ seruituti diaboli
addicitur inquantū diabolus intꝰdu3
exterius suggessit peccatū. vel quantū
ad sensum. vel q̃tum ad imaginatōnē
Ideo dicitur inhabitare affectū hoīs.
cū ad quemlibet motū tentatōnis mo
uetur sicut nauis in mari sine gubna-
tore. Potest etiā diabolꝰ hominē sub
stantialiter ihabitare sicut p3 in arrep
ticijs. Et qꝛ hoc magis pertinet ad rō
nem pene q̃ culpe vt patebit. Et pene
corꝑales non sꝑ consequūtur culpam
sed q̄n̄qꝫ peccantibus ꝛ non peccanti-
bus inferuntur. Ideo ꝛ in grā ꝛ ex grā
tiam existentes ſm altitudinē incōp-
hensibiliū iudicioꝝ dei inhabitare sb-
stantialiter possunt. Et hic modꝰ possi
dendi: licet non sit nr̄e speculatōis. po
nitur tn̄ ne alicui impossibile videatur
ꝙ etiam dei ꝑmissione hoīes a demo-
nibus ad instantiā maleficaꝝ substan-
tialiter interdū inhabitant. Possumꝰ
ergo dicere ꝙ sicut quinqꝫ modis de-
mones ꝑ se absqꝫ maleficis homīes le
dere ꝛ possidere possunt. ita ꝛ omnibus
illis modis ad instantiā maleficarum
cū extunc sicut amplꝰ deus offendit.
ita ꝛ maior seuiendi in hoīes ꝑ malefi
cas demoni permittitur facultas. Et
modi perfunctorie recitando hi sunt
dempto eo ꝙ vexant aliquando in bo
nis fortune exterioribus ꝙ aliquando
etiā aliquos in ꝓprijs ledunt tantum
modo corꝑibus. Aliq̄n̄ in corꝑibꝰ simꝉ
ꝛ in potentijs interioribus. Aliq̄n̄ so-
lū tentant intus ꝛ extra. Alios vsu rō-
nis ad tēpus priuant. Alios velut be-
stias irrationales reddunt. De singulꝭ
dicamus. Sed prius quinqꝫ causas ꝓ
pter quas deus permittit hoīes possi-
deri premittamus. qꝛ hunc ordinē ser-
uare materia postulat. Nam aliquan
do quis possidetur ꝓ maiori suo meri
to. Aliq̄n̄ ꝓ alieno leui delicto, aliquā

do ꝓ suo veniali peccato. aliq̄n̄ ꝓ gra-
ui peccato alieno. aliq̄n̄ ꝓ magno faci
nore ꝓprio. Et his oībus de causis nul
li dubiū q̄n et deus ad instantiā male
ficaꝝ ꝑ demones etiā similia fieri inter
dum ꝑmittat. ꝛ singula ex scripturis ꝛ
non ꝑ noua gesta tantū probare expe-
dit. cū sꝑ noua ꝑ antiqua roborantur.
Nam de primo patet in dialogo seue-
ri beati Martini charissimi discipuli.
vbi fertur quendā prēm sanctissime vi
te tanto dotatū in grā expellēdi demo
nes vt hi ne dum verbis ꝓprijs fugarē
tur. sed etiā eiusdem patris epl̄is ꝛ cili
tio. ꝛ cū corā mundo pater esset cele-
berrimꝰ se tentari sensit vana gl̄ia. cui
vicio licet viriliter resisteret. tn̄ vt humi
liaretur amplius totis p̄cordijs deum
p̄cabatur. quatenus q̄nqꝫ mensibus a
demone possideretur. quod ꝛ factū est
Nā eū statim possessum vinculari op-
tebat ꝛ oīa applicare sibi demoniacis
cōia. Finito aūt q̄nto mense prorsus ꝛ
ab omni vana gloria ꝛ a demone libera
tus est. Sed ꝙ hac de causa q̄s ꝑ ma-
leficiu3 alterius posset a demone possi
deri sicut factū fuisse non legitur. Ita
nec ad p̄n̄s affirmatur: licet vt ꝑmissu3
est incomꝑ̄hensibilia sint dei iudicia
De scd̄o aute3 ꝙ ex alieno leui delicto
aliquis possidetur ponit exemplū bea
tus Gregorius de beato Eleutherio
abbate viro simplicissimo qui cu3 ꝓpe
monasterium virginum pernoctaret:
et ignoranti ordinauerunt ad sua3 cel-
lam poni paruulum puerum q̇ omni
nocte vexabatur a demone. Sed eadē
nocte a demone liberatus est per pr̄is
presentia3. Hic cum rem didicisset ge-
stam et puer iam positus esset in mo-
nasterio sancti viri. ꝛ transactis multis
diebus paulo immoderate letus de li
beratōne pueri ait ad confratres suos
Diabolus sibi cum illis sororibus io
cabatur. Sed vbi ad seruos dei venit

puerum hunc accedere non p̄sumpsit Et; ecce statim diabolus puerum vexare cepit. Et per lachrymas et ieiunia sancti viri ꝛ confratrum difficulter sed eodem die liberatus fuit. Et quidem vbi ex alieno et leui delicto quis innocens possidetur. Non mirum si ꝓpter veniale proprium: aut propter graue alienum peccatum. aut etiam propter proprium facinus aliqui etiam ad maleficarum instantiā per demones possidentur. Nam et de proprio veniali peccato patet per cassianum coll'. abba. sereni prima. dicentem de Moyse Moyses inquit in heremo cum singularis et incōparabilis vir esset ob rep̄hensionem vnius sermonis quem cōtra abbatem macharium disputans: paulo durius protulit quadaȝ scilicet opinione preuentus diro confesti traditus est demoni vt humanas egestiones ori suo ab eo suppletus ingereret. Quod flagellum purgationis gratia domin⁹ intulisse videtur. ne. s. in eo vel momentanei delicti macula resideret patuit ex miraculosa curatione. Nam continuo abbate Machario in oratione submissa citius nequā spiritus ab eo fugatus abscessit. Simile videtur huic quod gregorius primo dialogo. refert de moniali que lactucam comedit non prius signo crucis se muniens et per beatum Equitium prēm liberata. De quarto etiam videlicet pro alieno graui peccato aliqueȝ possideri ibidem refert beatus gregorius de beato Fortunato episcopo. qui dum diabolum ab obsesso homine ꝓpulisset. sero idem demon in specie peregrini ꝑ plateas ciuitatis clamare cepit. O virum sanctum Fortunatum episcopū. Ecce de hospicio me perigrinum proiecit nec vbi quiescam inuenio. Tunc quidam cū vxore sua et filio sedens perigrinum inuitauit suum ad hospitium et q̄uerendo causam expulsionis ē gauisus super derogatōne sancti viri quā a peregrino ficte audiuit. Exinde autē diabolus pueꝝ inuasit ꝛ prunis iniecit ac animā eius excussit. Sicq; p̄r miser primū quē recepisset hospitio intellexit. Et de quinta cā ꝓprij facinoris et magni cōiter tam in sacra scriptura q̄ȝ in sanctoꝝ passionalib⁹ legimus. Naȝ et sic legim⁹ primi Reg. xv. de saul rege israel ꝙ inobediens deo possessus est a dyabolo. Que omnia vt diximus tacta sunt ne impossibile cuiquam videatur si ob facinorum maleficarum vt aliqui etiam ad earum instantiam possideantur. Super quo vt diuersos modos possidendi itelligere valeam⁹. quo ad scōm rem gestam in mediū ꝓducamus. Tempore siquideȝ Pij pape secundi ante iniunctum inquisitionis officium vni e duobus inquisitoribus hunc tractatum conficientib⁹ tal' accidit casus. Bohemus quidam de dachouo oppido filium vnicum ꝛ sacerdotem secularem ob liberationis gratiam quia obsessus erat romam vsq; perduxit. A casu aūt dum ego vnus ex inquisitoribus hospitium refectionis gratia intrassem contigit vt tanq̄ȝ cōmensalis idem sacerdos cum patre ad tabulam pariter mecum cōsederēt Conuescentes aūt ꝛ mutuo vt moris forensium est conferentes. Idem pat pluries suspirans. Et ꝙ prosperuȝ iter compleuisset a deo omnipotenti optabat. cui ex intimis compatiendo. quenam sui itineris et causa tristitie esset inquirere cepi. Tunc ille filio audiēte qui et mihi collateralis in mensa erat respondit. Heu filium habeo a demone obsessum quem ob liberatōnis gratiam magnis laboribus et impensis hucusq; perduxi. Et ego. Vbi nam filius esset dum inquirerem ꝙ mihi collateralis esset indicauit. Atterrit⁹ ego

paululū ꝛ diligenter ipm intuēs ꝙ cū tanta modestia cibū sumeret ꝛ ad q̄cꝫ interrogata pte rn̄deret. Hesitare aio cepi ꝛ ꝙ obsessus nō esset ꝫ infirmitat̄ cā sibi aliquid accidisse obieci. tūc filius rem gestam ꝑ se narrans ꝛ qualiter q̄ntocꝫ tempore obsessus fuisset īdicauit. Mulier inquit quedam malefica hanc mihi infirmitatē contulit. briganti em̄ cōtra eam rōne cuiusdā displicētie circa regimen curie cū eā duri⁹ increpassem q2 ceruiciose voluntatis erat dixit. ꝙ post paucos dies haberē intendere his q̄ mihi contingerent. Sed et demon in me habitans hoc idem refert ꝙ maleficiū sub quadā arbore positū sit a malefica. qd̄ nisi amoueat̄ nō potero liberari: ꝫ nec arborē vult indicare. At ego nec minimā suis dictis fidem adhibuissem nisi expientia me ꝓtinus edocuisset. Nam interrogatus a me de internallo tpis vt preter consuetum modum obsessoꝝ tante sue rōnis esset capacitatis. Respondit. vsu rationis tantūmodo priuor qn̄ diuinis aut vacare aut sacra loca visitare voluero. Precipue aūt demon ex suis verbis ꝑ me prolatis dixit. Qꝛ sic maiorez displicentiā hacten⁹ in sermonib⁹ ad populū sibi fecissem: ita vt nūc nullo mō me predicare sineret. grosus em̄ ex relatu patris predicator extitit et omnibus amabilis. At ego inquisitor cum de singulis certificari volebā. per q̄nde nam ꝛ vltra ad varia sctōrum limia ipz deducere decreui. Precipue aūt ad ecclesiam sancte Praxedis virgis vbi ps statue marmoree. cui in sua flagellatione saluator noster alligatus fuerat et ad locum in quo petrus apostol⁹ crucifixus fuerat. in quibus locis horribiles eiulatus dum exorcizabatur emittebat. iam asserens se velle exire. post paululum vero minime. Et vt pmissū est in omnibus moribus mansit sacerdos compositus ꝛ sine omni nota nisi dum exorcismi incipiebantur. ꝛ illꝭ finitis dum stola de collo amouebatur ex tunc iterum nec minimū irrationalem aut inhonestum motum demonstrabat. Hoc dempto dum ecclesiam aliquam pertranseundo genua pro salutatione virginis gloriose flectebat. Tunc diabolus eius linguam in longum extra os suum emittebat. Et interrogatus. An non ab illo se posset cōtinere. Respondit. Hoc facere mime valeo sic em̄ vtit̄ oibus membris ꝛ organis collo lingua pulmone ad loq̄ndum vel eiulandū dum ei placet. Qꝛ audio quidē verba q̄ sic ꝑ me ꝛ ex mēbris meis loquitur. ꝫ resistē omnino non valeo ꝛ q̄nto deuoti⁹ orōni aliqua insistere affectarē tanto acrius me impugnat linguā emittendo. Et qm̄ columna in ecclesia sctī petri ex templo salomonis circūferrata existit. ꝑ cuius ṽtutē plures licet a demonib⁹ obsessi liberātur. eo ꝙ ꝛ xp̄s predicādo in templo illi se appodiasset. hic tn̄ occulto dei iudicio liberari nō potuit. Alium modū ꝓ sua liberatione sibi disponēdo. licet em̄ per integrū diem ꝛ noctez circa colūnā inclusus; mansisset tamē sequenti die post varios exorcismos super eū ꝑlectos dū circūstaret popul⁹ ꝛ magn⁹ fieret concursus. Et interrogatus in q̄ pte columne se xp̄s appodiasset. tunc dentibus mordēdo colūnam locū demonstrabat. eiulans. Hic stetit hic stetit. Vltimatim tamen dixit. nolo exire. Et cuz interrogaretur. qua de causa. Respondit ꝓpter lōbardos. Et interrogatus denuo. Cur ꝓpter lōbardos egredi nollet. Tunc rn̄dit in italica lingua cum tamen infirmus sacerdos illō ideoma ignoraret di. Dēs faciunt sic ꝛ sic. nominando pessimum viciū luxurie. At sacerdos post h̄ me terrogādo dixit. pater. q̄d sibi volūt h̄

verba italica que ex ore meo protulit. Cui cū indicassem: rn̄dit. Uerba q̄dez audiui sed intelligere non potui. Et q2 vt rei p̄bauit euentus hoc demoniuz erat de genere illo de quo saluator in euangelio. Hoc genus demoniorum nō eijcit nisi in oratione et ieiunio. Ideo quidam venerabilis episcopus p turcos vt fert a sede expulsus pie illi cōpatiens per totū quadragesimale tp̄s in pane et aqua ieiunijs et orōnibus et exorcismis quotidie insistens ipm per dei gratiā tandem liberauit et ad p̄pria cū gaudio remisit. Sup quo licet sine miraculo nullus in hac vita possit sufficienter differere q̄bus et quot modis demon hoīes possideat vel etiā ledat. Possum⁹ tn̄ dicere q̄ q̄nq3 modis dēpto eo q̄ in rebus fortune exteriorib⁹ aliq̄n tm̄ ledunt. Nam aliqui in p̄prijs tm̄mō vexant corpibus: aliqui in corpore simul et in potentijs interioribus aliqui in potentijs tm̄modo interioribus: aliq̄ castigatione eorum ad tempus tm̄mō vsu rōnis p̄uant. Aliqui vo velut bestie irrōnales reddunt. Prefatū sacerdotē quarto modo possessum fuisse declarat. Nā nec in rebus fortune nec in p̄prio vexatus corpe fuit prout contigit beato Job vbi deus demonē licentiasse manifeste scripturā sup hoc tradit dicens ad sathan. Ecce vniuersa que habet in manu tua sunt tm̄ in eum ne extendas manū tuā et hoc in res exteriores. In corpus vo postmodū ait Ecce in manu tua est verūtamen animā eius serua.i.vitam eius ne auferas Potest etiā dici q̄ tercio modo scilicet in potentijs anime interioribus simul et corpe vexat⁹ fuit: cū dicebat vt Job .vij.habet. Ad dn̄m si dixero cōsolabitur me lectul⁹ me⁹ et releuabor loquēs mecum in stratu meo: terrebis me per somnia et per visiones horrore concuties demone sc3 p̄curāte fm̄ Nicolaū de lira. et fm̄ Tho. Terrebis me p somnia q̄ sc3 dormienti apparent: et p visiones q̄ sc3 apparent vigilanti ab vsu exteriorum sensuū alienato. solent em̄ fantasmata informata diurnis cogitationibus esse in terrorem dormientiū. Et hec operabant in eo ex infirmitate corporis. Vn̄ sic consolatōe vndiq3 seclusa nil remediū videbat Job euadendi tot angustias nisi per mortē horrore inq̄t concuties. Quib⁹ modis et malefice homines ledere p demones nemo dubitat p̄nt et in sequentibus patebit qualiter p grādines in rebus fortune et in corpa animaliū et hoīm lesiones inferunt. Et tercius etiā modus ledendi est in corpe et in interioribus potentijs absq3 priuatione vsus rationis. Patet ex eorum opationibus vbi vt supra tactū est adeo mentes hominuz ad illicitas affectiones incendunt q̄ necessario etiam nocturno tempe ad amasias p longa terrarū spacia currere habent: fisco carnalis amoris nimis illaqueati. Potest adduci et illō q̄d in hassia oppido margburck contigisse dicit de quodā obsesso etiā sacerdote dū in exorcismis demon interrogaret: quanto tempe sacerdotem inhabitasset. Rn̄disse fertur septem annis. Et cū exorcista obijceret Cum vix per tres menses eum vexasti reliquo tempe vbi eras. Rn̄dit. In corpore suo me occultabam. Et ille. In q̄ parte corporis vbi inquirebat: rn̄dit: vt plurimū in capite. Et denuo vbi nam fuisset quando diuina celebrasset et sacramentū sumpsisset requisitus: dixit Sub lingua eius me occultaui. Et ille Miser: qua temeritate ad p̄sentiā creatoris tui non aufugisti. Tunc demon. Nunquid sub ponte se nequā occultare potest donec desuper vir sanctus ptransibit: dummodo gressus non fixerit: diuina tamen cooperante gratia liberatus fuit. siue verū siue ficticium p

tulerit cum mendax sit ꝛ pater eius. Quartus modus applicaꝛ ad pſatuꝫ possessum rome liberatuꝫ sub hac declaratione ꝙ demō possit illabi corpori licet non anime cum hoc soli deo sit possibile. Illabi etiā corpi non tamen infra terminos essentie corpis: hoc inquā declarando habeꝛ modus quo demones substantialiter interduꝫ homines inhabitant: ꝛ ad tempus tantummodo vsu rationis priuant. Et q̇dem hoc sic declaraꝛ. Nā dicere possum⁹ ꝙ corpus habet terminos duplicis rationis: scꝫ quātitatis ꝛ essentie. Vñ quādo angelus q̇cunqꝫ bonus vel malus opatur infra terminos corpis: operaꝛ infra terminos corpalis quātitatis. Et sic etiā illabiꝛ corpi operādo circa potentias quātitatiuas: sic etiā boni angeli etiā imaginarias in bonis visiōes operanꝛ. Nunqꝫ aūt dicunꝛ illabi essētie corpis: q: nō possunt illabi vt pars neqꝫ sicut virtus. Non sic̄ pars q: alia ꝛ alia est essentia vtrobiqꝫ. Nō sic̄ virtus quasi dans esse: q: suū esse habet p creationē a deo. Vñ ꝛ ipe solus habet intrinsecā essentie operationem ꝛ cōseruationē q̄ꝫdiu placituꝫ fuerit sue pietati conseruando. Vñ concludiꝛ ꝙ alie omnes pfectiones seu defectus loquendo de bonis quo ad pfectōes: de malis quo ad defactus quando opantur si operanꝛ circa corpus ꝛ ptes ei⁹ vt circa caput illabunꝛ tali corpi sup terminos videlicet qnātitatis ꝛ quātitatiuas potentias. Si ṽo circa animā tūc iterū vterqꝫ extrinsece operaꝛ: sed modis diuersis. Et dicunꝛ operari circa animā fantasmata illa seu spēs intellectui repſentando: ꝛ non solū ad iudicium sensus cōmunis ꝛ sensuū exteriorū. Ex q̇b⁹ opatōib⁹ sequūꝛ tētatōes a mal' angel' ꝛ affectiōes ꝛ cogitatiōes male p indirectum operando versus intellectum. A bonis autem angelis sequunꝛ illustratōes fantasmatū ad cognoscendū reuelanda ab eis: vñ ꝛ talis diuersitas ē ꝙ boni angeli etiā directe possunt imprimere in intellectum fantasmota illustrando. Mali aūt neqꝫ illustrare dicunꝛ fantasmata: ꝫ poti⁹ obfuscare. Item nec directe imprimere possunt: ꝫ tm̄modo indirecte inquātū intelligentē necesse est fantasmata speculari. Per hec tamē etiā angelus bonus nō diciꝛ illabi anime: licet eā illuminet. Sicut nec diciꝛ supior angelus illabi in inferiorē: licet eum illuminet ꝫ tm̄modo extrinsece operaꝛ ꝛ coopaꝛ modo q̇ dictū est: vñ multomin⁹ mal⁹ illabi potest. Et per hūc modū demō sacerdoti corpus in tribus occupauit. Primo ꝙ sic̄ illabi suo corpori potuit infra videlicet terminos corpalis q̄ntitatis: ita caput suū occupauit substantialiter illud inhabitando. Scḋo ꝙ sicut circa animā eius extrinsece opari potuit obfuscando intellectū vt rationis vsum perderet. Ita etiā potuit vt sine intermissione vel etiā interpellanti euꝫ quo ad amissionē rationis vexaret. Licet etiam dici potest ꝙ ex dono dei hoc habuerit sacerdos vt non sine intermissione a demone vexareꝛ. Tercio ꝙ licet oībus membris ꝛ organis ad loquendū ꝛ voces ad formandū priuaretur: semper tamen ad verba: licet non ad sententiā verboꝝ aduertentiaꝫ habuit: qui modus obsidēdi plurimū ab alijs obsidendi modis differt: cū cōmuniter obsessi leguntꝛ sine intemissione a demonibus affligi: vt patet in euāgelio tam de lunatico cuius pater dixerat ad iesum. Domine miserere filio meo quia lunaticus est ꝛ male patitur Math. xvij. q̄ꝫ etiam de muliere illa quam sathanas alligauerat .xviij. annis ꝛ erat inclinata nec omnino poterat sursum aspicere. Luce. xiij. Quib⁹ etiam modis indubie demones diui-

na permissione ad instantiam maleficarum vexare possunt.

De modo quo omne genus infirmitatis inferre possunt. Et hoc in generali de grauiorib⁹. Capitulum. xj.

Ed et hoc q⁹ nō sit aliqua infirmitas corporalis que a maleficis deo pmittente inferri non possit. Etiam si ad lepram vel epilensiam se extendere habeat. Probari potest per hoc q p doctores nullum genus infirmitatis excipitur. Nam si diligenter ea que superius tacta sunt tam de virtute demonuz q̄z ad maliciam maleficarum considerant nullam patitur hoc difficultatez. Nam ꝛ nider tam in suo preceptorio q̄z etiam fornicario vbi querit. An malefici possint veraciter suis maleficijs homines ledere. Et ē questio absq̄z exceptione alicuius infirmitatis etiam q̄tumcunq̄z incurabilis. Et vbi respōdit q sic: querit consequenter quibus modis ꝛ quibus rebus. Et quo ad primū respondit vt supra ex prima questione prime partis tractatus patuit. Probat etiā per Isidoꝝ describentis maleficarū operationes. viij. ethi. c. ix. Malefici dicuntur ob facinoꝝ magnitudinem: hi em̄ elementa concutiūt scilicet opere demonum ad tempestates concitandas: mentes hominum turbant modis videlicet supra tactis vsuz rationis vel omnino impediendo: aut grauiter obfuscando subdit: ꝛ absq̄z vllo veneni haustu violentia tantum carminis animas interimunt vitam videlicet auferendo. Probatur etiam p sāctum Thomam in. ij. senten. circa di. vij. ꝛ. viij. Et in. iiij. disti. xxxiiij. Et cōmuniter per omnes theologos ibidez scribentes q malefici omnibus modis possunt pcurare lesiones in hominibus ꝛ eoꝝ rebus cooperante demone in q̄bus demō potest solū ledere vl' decipere videlicet in rebus fama corpore vsus rationis ꝛ in vita: vult dicere q in illis in quib⁹ demō per se absq̄z malefica possit ledere: possit etiā cum malefica: immo ampliori facilitate ꝑpter maiorem diuine maiestatis offensionem vt supra tactum est. De rebus nāq̄z patet Job. j. ꝛ. ij. vt supra patuit. De fama patet in legenda beati Hieronymi vt refert Jo. an. in hierominiano q diabolus se transformauit in formam sancti Siluani episcopi in nazareth amatoris Hieronymi. Qui demō pmo feminā nobilē nocte i lecto pcare vl' puocare cepit ad luxuriam verbis: ꝛ deinde factis sollicitauit ad malum: que cuz clamaret demon sub specie sancti episcopi sub lecto femine se abscondit vbi requisitus et inuētus per luxuriosa verba se mentitus est esse episcopuz siluanum. In crastinum igitur sanct⁹ vir disparente diabolo diffamatus est grauissime. Que infamia tandem circa sepulcrum sancti Hieronymi fatente diabolo in obsesso corpore purgata est. De corpore patet i beato Job qui percussus fuit a demone vlcere pessimo quod exponitur de lepra. Refert etiam Sigibertus et Vincen. in spe. histo. li. xxv. c. xxxvij. q tempore Ludouici secundi imperatoris in parrochia maguntina quidam demon primo sepe lapides iecit ꝛ q̄si mallio ad domos percussit. Et deinde publice loquendo furta pdendo ꝛ discordias seminando plures inquietauit. Deinde omnes contra vnum irritauit cui⁹ hospitium vbicunq̄z manebat incendit. Et ob illi⁹ pctā omnes pati affirmauit. Vnde tandez tm̄ agros p hospitio habere potuit ꝑpter quod cuz p̄sbiteri letanias celebrarēt mltos iacrib⁹ lapidū

demon vsq̧ ad cruentationē lesit:ali-
quando quieuit aliqñ seuit: ⁊ per trien
niū ista continuauit quousq̧ oīa edifi-
cia ibi incendio cōsumpta sunt. Itē de
nocumento vsu rōnis ⁊ vexatōe interi
orum sensuū ꝓbatur ex possessis ⁊ ar
reptitijs per euangelicas etiā historias
Item de morte ⁊ ꝙ de vita etiam quos
dam ꝑuat. Patet Thobie. vj. de septē
viris sare virginis occisis qui ꝓpter lu
xuriosum affectū ⁊ effrenem appetitū
in virginē saram eiusdem nō erant di-
gni matrimonio. Quare concludit̄ ꝙ
sicut per se ita ⁊ amplius ꝑ maleficas
in oībus nihil dempto hominibus no
cere possunt. Verū vbi querit̄. An hu
iusmodi lesiones sint potius demoni-
bus aut maleficis imputande. Rñdet̄
ꝙ sicut ꝓpria ⁊ immediata actione de
mones opant̄ infirmitates immitten-
do: ita ⁊ ipīs ꝑncipaliter sunt imputā-
de ꝫ q̄ in contemptū ⁊ offensam crea-
toris simul ⁊ in ꝑditionem animaruꝫ
querūt huiusmodi per maleficas exer-
cere scientes ꝙ ꝑ talem modum sicut
deus amplius irritatur ita ⁊ amplius
permittit eis potestatem seuiendi : q̄
⁊ defacto innumera maleficia ꝑpetran
tur que non permitterent̄ diabolo ifer
re hominibus si per se soluꝫ affectaret
homines ledere que tamen permittū-
tur iusto ⁊ occulto dei iudicio per ma-
leficas ꝓpter earum perfidiam ⁊ catho
lice fidei abnegationem. Vñ ⁊ eis iu
sto iudicio talia maleficia imputantur
secundario q̄tumcunq̧ diabolus sit
actor ꝑncipalis. Scopa ergo quā mu
lier intingeret aque vt pluat ⁊ sursum
in aerem aquā spargendo licet in se nō
causat pluuiaꝫ nec posset mulier inde
repħendi: q̄ tamen ex pacto cū demo
ne inito: vbi iam vt malefica talia facit
licet demon sit q̄ pluuiā causat: ipa tñ
merito inculpat̄: eo ꝙ mala fide ⁊ ope
diabolo seruit eius obseq̄ijs se traden-
do. Sic etiā qñ imaginē cereā vel sīle
ad maleficiandū aliquē maleficus fac̄
vel qñ maleficio alicuiꝰ i aqua vel plū
bo imago apparet q̄cq̄d molestie infer
tur tali imagini cū tale experit̄ fieri in
imaginato. i. homini maleficiato: puta
punctura vel alia lesura quecunq̧. Li
cet lesio realiter inferat̄ imagini ꝑ ma-
leficam vel aliū hominem ⁊ inuisibilit̄
demon maleficiatū hoīem eodem mo
do ledit: merito tamen malefice impu
tat̄: q̄ sine ea deus nunq̄ lesionē infer
re diabolo ꝑmitteret. nec diabolus ꝑ
se ledere ipm attentasset. Sꝫ q̄ dictuꝫ
est de fama in qua demones per se ho-
mines ledere possunt absq̧ maleficaꝝ
cooperatōe posset in dubiū verti. An
etiā demones per se possent honestas
mulieres infamare vt tanq̄ malefice
reputarent̄ cū in earū effigie ad male-
ficiandum aliquem apparerent vñ cō
tingeret talē innocenter infamari. Re
sponsio. Aliqua sunt ꝑmittenda. Pri
mo quia dictū est demoneꝫ nihil posse
efficere absq̧ diuina permissione vt in
prima parte operis circa vltimam que
stionē patuit: etiā tactū est ꝙ non est tā
ta permissio super iustos ⁊ in charita-
te existentes sicut super peccatores in
quos vtiq̧ sicut maiorē habet potesta
tem iuxta illud. Cū fortis armatus cu
stodit ⁊c. Ita vtiq̧ plura ꝑmittuntur a
deo in eoꝝ afflictioneꝫ q̄ super iustos
Demū licet iustos in rebus exteriori-
bus vt fama ⁊ sanitate corpis ledē pos
sunt deo permittente q̄ tamen sciunt
hoc eis cedere in augmentū meritori-
um: ideo minus eos ledere affectant.
Ex quibus dici potest ꝙ in hac difficul
tate respectus potest haberi ad diuer-
sa. Primo ad diuinam ꝑmissionem.
Scdo ad hoiem q̄ censet̄ honestꝰ cuꝫ
tales nō semꝑ sunt in charitate existē-
tes sicut sunt sub honestate reputati.
Tercio ad facinus in quo innocēs de

beret infamari: quia illud ex sua radi-
ce cuncta flagitia mūdi excedit. Ideo
dicendū. Licet ex diuina permissione
quicꝫ innocens siue in grā cōstitutus
siue non ledi possint in rebus fortune
⁊ fama: habendo tamen respectum ad
ipm facinus ⁊ grauitatē criminis cuꝫ
malefici sic nuncupantur ob facinorū
magnitudinē. Iuxta Isid. sepe allega
tum. Dici potest ꝙ hoc vt aliquis ino-
cens p̄dicto modo a demone infamet
fieri non est bene possibile iterū mult
respectibus. Primo qꝛ cum infamare
in vitijs que absqꝫ peccato expresso vl
tacito inito cū demone ꝑpetrantur: vt
sunt furta latrocinia ⁊ actus carnales.
Aliud sit ab infamia sup vicia q̄ nullo
modo possunt homini imputari aut
ab eo ꝑpetrari nisi super pactū expres
sum cum demone initum qualia sunt
opera maleficaruꝫ que nisi virtute de-
monū a maleficis ꝑpetrāt vt vbi homi
nes iumenta aut terre fruges malefici-
ant vñ ⁊ eis aliter imputari non posūt
Ideo licet demon possit hominem de
alijs vitijs infamare: de tali tamen vi-
cio infamare ꝙ sine eo non potest per
petrari non videt bene possibile. Pre
terea hucusqꝫ nunqꝫ actū est nec reper
tum vt aliquis innocens sit per demo
mem taliter infamatus. Et sic ꝓpter ta
lem infamiā morti fuisset adiudicatꝰ:
immo vbi tantūmodo infamia laborat
talis nulla pena punitur nisi ꝙ cano-
nica purgatio sibi indicit vt in tercia
parte operis circa scōm modū senten-
tiandi maleficas patebit. Et licet ibi cō
tineatur quod in casu dum in purgati
one deficeret ꝓ reo esset habendus: ad
huc tñ vbi ratio sibi indiceretur anteqꝫ
vlterius super penam relapsis debitā
ꝓcederetur. Sed quia circa contingē-
tia laboramus que actu nūqꝫ fuerunt
perpetrata: nulli dubium quin ⁊ in po
sterum diuina permissio fieri non per
mittat. Preterea ⁊ a fortiori ꝓpter ange
licam custodiam que non ꝑmittit insō
tes in alijs criminibus minoribus infa
mari: vt i latrocinijs ⁊ huiusmodi mi
nus permitteret: immo fortius sue cu-
stodie deputatum ab infamia taliū fla
gitiorū preseruabit. Nec valet si quis
acta per sanctum Germanum obijce-
ret quando demones in assumptis cor
poribus ⁊ ad mensam consedentibus
alias mulieres viris suis condormien
tibus p̄sentabant hospitem illudētes
quasi ille mulieres in ꝓprijs corporibꝰ
semper edentes ⁊ bibentes aduentarēt
de qua etiam supra mentio habita est.
Quia nec ibi ille mulieres excusantur
quasi innocentes omnino: sed ꝙ talia
mulieribus sepe accidunt quod iuxta
ca. xxvj. q. v. episcopi. notat Vbi repre
henduntur tales ꝙ duꝫ in imaginaria
solummodo illusione transferant pu-
tant severaciter ⁊ corporaliter transfer
ri: licet vt supra tactum est etiam inter-
dum corporaliter a demonibus vehū
tur. Sed ꝙ corporales īfirmitates ali
as omnes nulla dempta diuina ꝑmis-
sione inferre possunt. De illo est p̄sens
speculatio. Concludendo ex prenota-
tis ꝙ sic: cum nulla fiat a doctoribꝰ ex
ceptio: cui ⁊ rationem assentire opor-
tet cum alias demones sua naturali v
tute cuncta corporalia excedunt vt se
pe tactum est. Acta denicꝫ ⁊ gesta per
nos reperta hec affirmant. Nam licet
maior difficultas fortassis circa lepraꝫ
aut epilensiam oriri possit an videlicet
talia inferre possent eo ꝙ huiusmodi
tantummo do ex diuturnis preuijs in
teriorum dispositionibus ⁊ defectibus
solent oriri nihilominus per maleficia
interdum esse illata repertum est. Nā
in diocesi Basiliensi in confinibꝰ par-
tium Lotharingie ⁊ Alsatie cum qui-
dam honestus laborator quedam ver
ba dura contra rixosam quandam mu

lierē ꝓtulisset illa indignata minas ad
iecit quod in breui se de eo vindicare
vellet. Et ille licet minas paruipendis
set: eadem tamen nocte sibi pustulam
collo accreuisse sensit fricando tñ pau-
lulum ⁊ tangens totam faciē inflatam
⁊ tumefactam cum collo ꝑsensit intan
tum vt horribilis species lepre etiā per
totum appareret corpus qui nō distu-
lit ꝫ quātotius amicis ⁊ consulibꝰ ac-
cersitis rem gestam suꝑ cōminatoria
verba mulieres narrauit: ⁊ ꝙ sic mori
ea fide ⁊ suspitione vellet ꝙ illa sibi ar
te magica eadē malefica ītulissꝫ. Quid
plura mulier capit̄ questionibus expo
nitur ⁊ crimē fatetur. At iudex de mo
do ⁊ causa diligentius inquirens. Re-
spondit. Cum me verbis obprobriosis
homo ille aggressus fuisset ego ira suc
censa cum ad domū venissez malignꝰ
spiritus causam tristicie mee inquire-
re cepit: cui cum singula enarressem ⁊
vt me vindicare possem eidem insinu
ando instarem. Ille inquisiuit dicens
Quid ergo vis vt ei faciam. At ego re
spondi. Vellem vt inflatam faciem sē-
per retineret: ⁊ sic ille abscessit ⁊ illā in-
firmitatem vltra quam petij homini ī
tulit: ego enī ꝙ tali lepra eum ꝑcuteret
minime sperassem: vnde ⁊ incinerata
fuit. In diocesi denicꝫ Constantiēsi in
ter Brisiacum ⁊ Friburg leprosa que-
dā mulier multis referre solet nisi de-
bitum vniuerse carnis iam ab annis
duobus persoluerit quod simili de cau
sa contrauersie que inter ipm ⁊ quan-
dam aliam mulierem mota fuisset dū
de nocte domum egressa ante ostium
quid operis agere tentasset ventꝰ qui-
dam calidus a domo alteriꝰ mulieris
que ex opposito domus sue fuerat eiꝰ
faciem repente insufflauit: vnde ⁊ subi
to in lepram quam gestabat se incidis-
se asseruit. In diocesi denicꝫ eadem et
territorio nigre silue malefica dum per
lictorem super struem lignorum ꝓ in
cendio sibi parato a terra eleuaretur di
xit. Dabo tibi mercedem. Et sic insuf-
flando in eius vultū statim lepra horri
bili per totū corpus percussus paucis
expost supuixit diebus: horrenda eius
flagicia breuitatis causa obmittuntur
sic ⁊ alia quasi innumera super hec re-
citari possent. Epilensiaꝫ nancꝫ seu ca
ducum morbuꝫ certis infligisse ꝑ oua
cum mortuoruꝫ corporibus subtumu
lata ꝑcipue ex earum secta inhumatis
cū alijs earum cerimonijs que reciten
da non sunt vbi in potu vel cibo alicui
ꝑbuerunt sepiꝰ a nobis repertum est.

Super modum quo alias cō similes infirmitates in speciali hominibꝰ inferre solent.

Capitulum. xij.

Alias deniqꝫ in-
firmitates inflixisse vt cecita-
tem vel acutissimos dolores
⁊ torsiones in corporibus hominū q̇s
enumerare potest. Tamen ex his que
oculis nostris perspeximus ⁊ que vni
ex inquisitoribus innotuerunt aliqua
ī mediū ꝓducamꝰ. Eo in tp̄e q̇ ī oppi-
do Isbruck iquisitio suꝑ maleficas fie-
ret hic inter alios deductꝰ fuit casus.
Nam honesta quedam ꝑsona ⁊ vni ex
familiaribus archiducis matrimonio
copulata in ꝑ̄sentia notarij ⁊c̄. ſm for-
mam iuris deposuit ꝙ cum tempore
sue virginitatis cuidam ex ciuibus fa-
mularetur. Accidit vt vxor illius gra-
ui dolore capitis langueret. Pro cuiꝰ
curatione cum quedam mulier acces-
sisset ⁊ suis carminibus ⁊ certis praxis
mitigare dolorē haberet. Ego eius pra
cticam vbi diligenter obseruabam per
spexicꝫ contra naturam aque fuse in
scutellā quandā ipa aq̄ in ollā aliā accē
disset cuz alijs cerimonijs que recitare

opũs non est: cõsiderãsq; q ex illis dolor capiti s in dña nõ mitigaret aliqualiter iudignata hec verba ad maleficaʒ ptuli. Nescio quid agitis vos nõ facitis nisi supstitiosa ꝛ hoc ꝑpter comodũ vestrum. Tunc malefica statim subiunxit. An sint superstitiosa vel nõ: tercia die tu sentie s quod rei pbauit euent⁹. Nã tercia d ie mane me sedente ꝛ fusũ apprehend ente: tant⁹ dolor subito corpus meum inuasit. Primo in interioribus vt non esset pars corpis in qua non punctiones horribiles sentirem. Scdo non aliter mihi videbat nisi q cõtinue igniti carbones capiti meo superfunderentur. Tercio in cute corporis a vertice vsq; ad plantas pedis nõ fuisset spacium ad punctum acus vbi non fuisset pustula alba sanie repleta. Sicq; in his doloribus eiulando ꝛ tãtummodo mortem optando vsq; ad diem quartum persititi. Tandem marit⁹ domine mee vt stabulum quoddaʒ intrarem mihi iniunxit. At ego paulatiʒ incedendo eo pcedente dum ante ostium stabuli eramus. Ecce inquit ad me pecia panni albi super ostium stabuli. At ego. Video bene. Tunc ille. Quãtum potes remoue: quia forte melius habebis. Tunc ego quantũ potui vno brachio me ad ostium tenente cum altero petiaʒ apprehendi. Aperias inqt dominus ꝛ considera diligenter ibi reposita. Tũc vbi petiam solui plura ibidem inclusa repperi: precipue aũt grana quedam alba ad modum quo pustule inerant corpori meo: semina q̃q; ꝛ legumina quoꝝ similia nec edere poteram aut intueri cum ossibus serpentum ꝛ alioꝛuʒ animalium intuita sum Et sic stupefacta duʒ inquirerem a domino qd nã agendũ foret vt in ignem cũcta pijcerẽ iniũxit. Proieci. Et ecce subito nõ post hore spaciũ aut qrtale ꝫ in momẽto vt in ignẽ res ille fuerant ꝓiecte omnẽ sanitatem pstinã recuperaui. Et quia plura cõtra vxorem illi⁹ cui famulabatur fuerunt deposita per que suspecta non tam leuiter q̃ꝫ et vehementer fuit habita ꝛ precipue ꝑpter magnam familiaritatem cum maleficis habitam. Vnde presumitur q conscia de maleficio reposito hoc viro indicauit ꝛ deinceps modo pmisso publicatum sanitatem ancilla recuperauit Insuper aliud maleficium cuidaʒ persone etiam muliebri illatum in eodem oppido referre in detestationem tanti criminis expedit. Mulier quedaʒ maritata et honesta accessit ꝛ iuxta iuris formam vt supra deposuit. Retro domũ inquit habeo viridarium est ꝛ illi ortus contiguus vicine mee. Vñ quadam die cum transitum fieri ex orto vicine ad viridarium meum non absq; damno perspexissem stans in ostio viridarij: ꝛ apud meipam conquerendo ꝛ querulando tam de trãsitu q̃ꝫ ꝛ de dãno: vicina subito supuenit: ꝛ an eaʒ suspectam haberẽ inquisiuit. At ego territa ꝑpter malam eius famam nil aliud nisi hec verba ptuli. Gressus i gra minibus damna demonstrant. Tunc illa indignata quia ad eius forsassis beneplacitũ me litigiosis vbis cũ ea implicare nolebam. Abscessit cum murmure. Et verba que protulit licet audirem tamen intelligere non potui. Post paucos vero dies ingens infirmitas mihi accidit cum doloribus vẽtris et acutissimis torsionibus a laterẽ sinistro versus dextrum et viceuersa quasi duo gladij aut cultri essent pectori infixi. Et sic die noctuq; clamoribus oẽs vicinos alios inqetaui. Et cõfluẽtib⁹ hicinde p ꝯsolatõe accidit vt lutifigul⁹ pfatã vicinã in maleficã adulterino flagitio hñs in amasiaʒ silimodo visitatõis grã accedẽs: ꝛ infirmitati mee compatiens post verba cõsolatoria ab

scessit. Seq̄nti tn̄ die festine rediit. ꝛ in
ter alia consolatoria subiunxit. Expi-
mentū capiā an ex maleficio hec vob
infirmitas acciderit. quod si sic reper-
tum fuerit sanitatē vobis recuperabo
Accepto ergo plūbo liquefacto ꝛ me
in lecto decumbente plūbum in scu-
tellā aqua plenā supra corpus meum
appodiando infudit. ꝛ vbi quedā ima
go ꝛ figure diuerarꝫ rerꝫ ex plūbo con-
gelato apparuissent. Ecce inquit ex
maleficio hec vobis contigit ifirmitas
Et sup limen ostij domus vna ps istru
mentoꝝ maleficij continetur. Acceda
mus ergo ꝛ illis amotis melius sentie
tis. Sicq̄ maritus meꝰ cuꝫ eo pariter
ad tollendū maleficiū accedunt. Et lu
tifigulus limen eleuans marito iniun
xit vt manū in foueā que apparuerat
mitteret ꝛ quecūq̄ inueniret extrahēt
Quod ꝛ fecit. Nam primo imaginem
quandā cereā in longitudine vniꝰ pal
me vndiq̄ perforatam habentis duos
acus ex aduerso ꝑ latera ad modū q̊
ipa punctōnes a sinistro latere vsq̄ ad
dextrū ꝛ econuerso persenserat extra-
xit. Demū pecias panniculoꝝ diuer-
sas. plurimas res tā in granis q̄ꝫ in se-
minibus ꝛ ossibꝰ continentes sicq̄ illis
in ignē ꝓiectis ego quidē conualui ꝫ
nō ex toto. Nam licet torture ꝛ puncti
ones cessassent appetitusq̄ comedēdi
rediisset. ex integro tn̄ pristine sanitati
vsq̄ in presens minime sum restituta.
Et cum apud lutifigulum importune
instarem. Vnde hoc ꝙ pristina sani-
tas non rediret. Respondit. Sunt et
alia instrumenta alibi abscondita q̄ in
uenire non valeo. Et qualiter tunc pri
ma instrumenta reposita agnouisset
dum inquirerem. Respondit. Ex amo
re quo amicus amico reuelare solet h̄
cognoui. Vnde dum adulteram pro-
cabat ꝛ mihi vicinam agnoui. Ideo ar
gumentū super eam cepi suspicatōnis

hec egrota recitabat. Sed q̄d si singu
la que in illo dumtaxat oppido repta
sunt dū recitare vellem liber vtiq̄ foret
conficiendus. quāti em̄ ceci claudi ari
di ꝛ diuersis irretiti infirmitatibꝰ iuxta
formā iuris ex vehementi suspitōne su
per maleficas eis hmōi infirmitates i
genere vel in specie predicētes ꝛ ꝙ talia
in breui sentire haberēt. vel ad dies vi-
te vel ad mortē statim percipiendā. Et
qꝺ̄ sm̄ eoꝝ auisamenta cuncta accidis
sent. vel ad specificatā infirmitatē. vel
ad mortē alioꝝ. qꝛ em̄ terra illa vasall' ꝛ
armigeris abūdat ꝛ ocia dant vicia vbi
interdū mulieres ꝓcabant dū illas ꝓ-
catas abijcere ꝛ alias honestas matri-
monio sibi copulare disposuerūt. raro
sine vindicta sup maleficiū inferenduꝫ
aut viro aut vxori dū se spretas ꝯcerne-
bant. thorus coniugalis perseuerabat
non aūt viris tm̄ q̄ꝫ tū mulieribus eo vt
pie estimari potest illis interēptis aut
arefactis priores amasias ꝓcare habe
rent. Nam ꝛ cocus quidā archiducis
dū iuuenculā honestā ꝛ alienigenā du
xisset malefica eiꝰ amasia i publica via
alijs honestis ꝑsonis audientibꝰ iuuē-
cule maleficiū ꝛ mortē predixit extēsa
manu dicens. Non diu de tuo marito
gaudeb. Statimq̄ seq̄nti die lecto de-
cubuit et post paucos dies debitū vni
uerse carnis persoluit in extremis cō-
testādo. En sic morior qꝺ̄ illa suis ma-
leficijs deo ꝑmittente me infimit ꝛ vti-
q̄ ꝓ meliori deo sibi alias nuptias i ce
lis disponente. Sic deniq̄ per malefi-
cia. miles quidā vt publica fama testa-
tur interemptus fuit sic ꝛ alij pl'es q̄s
recitare omitto. Inter quos ꝛ domi-
cellus quidā dū ad nutū amasie secuꝫ
pernoctare nolebat ꝛ ꝑ famulū suum
qꝺ̄ ea nocte secū certis negocijs ꝑpe-
ditus ꝑnoctare non posset ei idicasset.
Illa indignata famulo iniunxit. dicas
domicello. Non diu me vexabit. sicq̄

et seqnenti die infirmat⁹. post paucos dies sepultus. Sunt et tales malefice que iudices solo aspectu ꝛ oculoꝝ intuitu maleficiare sciunt. qd etiaꝫ nullam molestiā eis inferre publice se iactātes sed ꝛ quibuscunqꝫ ꝓ criminalibus causis detentis ꝛ grauissimis tormētis ꝓ dicenda veritate expositis taciturnitatem inferre sciunt ꝙ nunqꝫ eoꝝ facinora detegere poterunt. Sunt et q̄ imaginē crucifixi flagellis ꝛ cultris impingendo ob maleficia perpetrāda cū turpissimis verbis cōtra gloriosissime virginis Marie puritatē et nostri saluatoris ex eius intemerato vtero natiuitatē dehonestauerūt verba illa ꝛ singulos actus recitare nō expedit cū nimis sint pioꝝ auriū offensiua. i scriptꝪ tamen redacta ꝛ reposita sunt ꝑut baptisata quedā iudea ꝛ alias iuuēculas induxerat. quaꝝ vna et valpurgis nomine eodē anno in extremis posita dū a circūstantibus ad confessionē peccaminū hortaretur exclamauit. Corpus ꝛ animā tradidi diabolo nec spes mihi adest venie. ꝛ sic defuncta. Singula hec non ad ignominiā sꝫ ad laudem et gloriā illustrissimi archiducis conscripta sunt cum reueraviti catholicus ꝑnceps ꝛ precipuus fidei zelator in ex terminū eaꝝ cū assistentia reuerendissimi ordinarij brixieñ. nō mediocrit laborauit. Recitata aūt potius in detestationē ꝛ odiū tanti criminis vt q̄ iniurias hoim vlcisci non desistunt. quo iniurias creatoris ꝛ fidei cōtumelias etiam non habendo ad tpalia damna respectū sufferre possunt. oim em̄ eoꝝ hoc precipuū fundamentū fidei videlicet abnegatio existit.

Super modum quo obstetrices malefice maiora damna inferunt dum infantes aut interimunt aut demonibus execrando offerunt.

Capi. xiij.

reticales: ꝛ primi dicunt meri diuinato-
res qꝛ videlicet mere ex arte agunt: de
quibus etiam loquit. c. ex tenore. extra
de sortilegijs: vbi dr̄ q̄ vdalricus p̄sbit
cū quodam infami hoc est diuinatore
dicit glo. ad secretū locū p̄rexit non ea
intentione vt demonē inuocaret quasi
dicat qꝛ hoc fuisset hereticū: sꝫ vt cū in
spectione astrolabij furtū quoddaꝫ in-
ueniret q̄si dicat q̄ est mera diuinatio
vel sortilegiū. Scdi vō hereticales di
cuntur diuinatores qui in eoꝝ arte de
monibus aliqueꝫ honorem latrie vel
dulie impendunt q̄ diuinando futura
p̄dicere conant: vel aliqd simile quod
heresim sapiat manifeste exercent: ꝛ ta
les iudicio inq̄sitoꝝ sicut ꝛ alij heretici
subiacent. Et q̄ hec sit mens ca. ꝓbat
p canonistas glosantes verbū saperēt.
Nam Jo. an. sup alle. c. accusat9 ꝛ ver.
saperent: dicit ita saperent sicut est cir
ca aras idoloꝝ nepharias p̄ces emitte
re: sacrificia offerre demones cōsulere
eorūq̄ responsa suscipere: vel associāt
sibi ꝓpter sortes exercendas hereticos
vel faciūt p̄dicta cū sanguine vel cum
corpe xp̄i vel in sortibus vt possint ha-
bere responsa: puerum rebaptisant vel
his similia. Ad eundem sensum alle-
gant Archi. super eo. c. ꝛ. §. sane: ꝛ sup
eodem verbo saperent. Item allegāt
Jo. mo. Raymunū. Guilhel. de mon
te Laudu. Iteꝫ ꝓbant per determina-
tionem ecclesie ex consilio acquirensi
xxvj. q. v. episcopi vbi huiusmodi mu
lieres superstitiose infideles nominan
tur cū dicitur vtinā he sole in sua perfi
dia perissent: ꝛ perfidia in xp̄iano dici
tūr heresis. Unde ꝛ inquisitoꝝ hereti
coꝝ iudicio sunt subiecti. Probant in-
super per theologos. Primo per sctm̄
Tho. in. ij. senten. di. vij. vbi querit vtrū
vti auxilio demonis sit peccatū vbi in
ter alia hec verba dicit super illud Esa.
viij. Nunqd nō populus a deo suo re
quiret visionem. In omnibus in qui-
bus complementuꝫ operis ex virtute
demonis expectatur est apostasia a fi-
de ꝓpter pactum initum cum demone
vel verbotenus si inuocatio intersit vl
facto aliquo etiam si sacrificia desint.
Ad idem allegant Albertum in eodē
suo scripto ꝛ distin. Item Petrum de
taranthasia. Itē petrū de bona ventu-
ra nouiter canonizato: qui tn̄ nō petr9
nominatur cū fuerit verum nomen su
um. Iteꝫ Alexandrū de ales. Et Gui
donem ordinis carmelitarum qui om
nes dicūt q̄ demones inuocantes sunt
apostate ꝛ per consequens heretici. vn̄
inquisitoꝝ hereticoꝝ iudicio subiecti.
Sꝫ q̄ prefati inquisitores p hec ꝛ per
q̄cunq̄ ab eis allegata nō possunt suf-
ficienter ꝓbare: q̄n etiam p̄fati sortile-
gi ꝛc. iudicio ordinarioꝝ seu episcopo-
rum seclusis inq̄sitoribus possunt sub
iacere: ꝛ q̄ inquisitores a taliū diuina
toꝝ nigromanticoꝝ seu etiā malefico-
rum se possunt exonerare: nō q̄ illi in-
quisitores male faciūt inquirendo su-
per tales vbi ep̄o non inquirunt; in q̄
casu potius inq̄sitores illi sunt cōmen
dandi: sic ꝓbatur. Inquisitores nō ha
bent se intrmittere nisi super crimē he
resis: ꝛ cum hoc oportet q̄ illud crimē
sit manifestum. Patet per frequenter
alle. ca. accusatus ꝛ. §. sane. Quo stan
te tunc iterum arguitur cum quis ali-
qua committit que absq̄ vicio heresis
committere potest: quantumcunq̄ il-
la sunt grauia et enormia: adhuc non
est vt hereticus iudicandus: licꝫ sit pu
niendus ex quo sequitur q̄ vbi q̄s non

Apostasia a fide

est iudicandus vt hereticus: sed vt ma
lefactor puniendus inquisitor non se
debet intromittere: sed debet talem iu
xta tenorem canonis suis iudicibꝰ ad
puniendum relinquere. Quo iterum
stante sequitur ꝙ omnia inducta ꝑ glo
satores: canonistas: ⁊ theologos vt de-
mones inuocare: eis sacrificare ⁊c. vt
supra tactum est nisi ex vitio heresis ꝓ
cesserint: inquisitores non se debent in
tromittere sed suis iudicibus vt supra
relinquere. Quo iterum stante: cū pre
fata sepissime sine vicio heresis fieri
possunt in quo casu talia facientes nō
sunt vt heretici habendi aut condonā-
di: subscriptis probatur auctoritatibꝰ
⁊ rationibus. Nam ad hoc ꝙ aliquis
sit ꝓprie hereticus quinqꝫ requiruntur
Primuz est vt sit error in ratione. Se
cundum est ꝙ error ille sit circa ea que
sunt fidei vel contra veritatez determi-
nationis ecclesie in his que pertinent
ad fidem vł bonos mores ⁊ necessaria
ad consecutionem vite eterne. Terciū
est ꝙ error talis sit in illo qui catholi-
cam fidem professus est: alias enim es
set iudeus vel paganus non hereticus
Quartum est ꝙ talis error in eo qui fi
dem suscepit sit taliter ꝙ aliquam veri
tatem de xp̄o confiteatur pertinentez
ad diuinitatem vel humanitatem: ali-
as si totum discederet esset apostata.
Quintum est vt talem errorem perti-
naci voluntate ⁊ obstinata eligat ⁊ se-
quatur: ⁊ quod de heresi ⁊ heretico sic
sumpto. c. alle. accusatus. ⁊ verbum sa
perent intelligatur: glosas tamen ca-
nonistarum non reprobando: sed sal-
uando: sic procatur. Nam ꝙ primū re
quiratur scz error in intellectu: hoc no
tum est omnibus per cōmunem regu-
lam. Duo requiruntur vt quis dicatur
hereticus: vnuz materiale scz error in
ratione: alterum formale scz pertina-
tia in voluntate. Patet ⁊ per Augusti

num: hereticus est qui nouas ⁊ falsas
opiniones aut gignit aut sequitur. Ra
tio etiam adest quia heresis est species
infidelitatis: ⁊ infidelitas est in intel-
lectu subiectiue: sicut ⁊ fides sibi con-
traria ⁊ opposita habent fieri circa idē
Quo stante factum vel opus quodcū-
qꝫ sine errore non facit hereticū: vtpu-
ta si quis fornicatur aut mechať: licet
agat contra veritatem que dicit non
mechaberis: ex hoc non est hereticus
nisi credat vel opineť fornicari esse lici
citum. Et ratio est qꝛ quandocūqꝫ ali-
qua duo necessario requirunť ad con-
stitutionem alicuius: deficiente altero
coꝝ impossibile est illud esse: quia da-
to opposito ꝙ sine illo possit esse: iam
non necessario requireretur ad consti-
tutionem illius: sicut quia ad constitu
tionē domus necessario requiriť fun-
damentū paries tectum ideo altero de
ficiente non habeť domus. Sic ergo
quia ad heresim constituendā requiri
tur error in intellectu necessario: nullū
factum absolute sine errore in intelle-
ctu facit hereticum. Et ꝓpter hoc nos
inquisitores germanie dicimus cū be
ato Antonino in scd̄a parte sūme sue
hanc materiā pertractantis ꝙ baptisa
re imagines adorare demones eis thu
rificare: conculcare corpus xp̄i in luto
⁊ omnia hm̄oi que sunt valde horren-
da peccata: nisi sit error in itellectu nō
faciunt hominē hereticum. Et ideo si
q̄s faceret ista vtpura baptisaret imagi
nem non male sentiens de sacramēto
baptismi: nec de eius effectu nec cre-
dens istum baptismum esse aliq̄d. nec
habere effectū ex vi sua ꝫ facit h̄ ꝓpter
aliquē finem facilius assequendum a
demone cui q̄rit ꝓpter h̄ cōplacere: ita
ꝙ aliq̄ pacto implicito vel expresso il-
lud agat vt demō sibi vel alicui faciat
qd̄ petit ſm ꝙ caracteribꝰ ⁊ figuris ſm
artes magicas ab hoibus demōes pa-

cto expresso vel tacito inuocant ad de
sideria eoꝝ explenda: dūmodo non pe
tant a demone qđ sit supra facultatem
eius: nec quātum ad potentiā: nec quātuz
ad cognitionē: sic scȝ ꝙ non male senti
at de potestate aut cognitōe demonis
sicut essent illi q̄ crederēt ꝙ demō pos
sit necessitare liberū arbitriū hominis
vel illi qui crederent ꝙ demō omnino
ex tali pacto ꝛ in omnē euentū quātū-
cūq̧ a deo non pmissus posset facē qđ
petunt vel qui crederent ꝙ posset scire
alteram partem futuri cōtingentis: vl'
effectū aliquez facere q̄ est ꝓprius soli
deo: tales eñ non est dubiū ꝙ haberēt
errorem in intellectu et male de ptāte
demonis sentirent: ꝛ per consequens
suppositis alijs conditionibus que re
quirunt ad heresim essent heretici ꝛ or
dinarioꝝ simul ꝛ inquisitoruȝ iudicio
subiecti. Sed si ex causis predictis fa
cerent non male sentientes de baptis-
mo ꝛ alijs predictis put cōmuniter fit
eo ꝙ ipō facto malefici ꝛ nigromanti-
ci cum sciūt ipm diaboluȝ esse inimi-
cum fidei ꝛ aduersarium salutis iam
coguntur in eoꝝ cordibus sentire ma-
gnam vim esse in fide: ꝛ ꝙ nulli falsita
ti subiacere potest cui pater mendacij
tantum preesse noscitur. Ideo licet ta-
lia facientes peccarent grauissime nō
tamen essent heretici. Et ratio est quia
non male sentiunt de sacramento: licȝ
eo male ꝛ sacrilege vtantur: vnde sunt
magis sortilegi q̄ȝ heretici: ꝛ de nume-
ro illoꝝ de quibus alle.c.accusat⁹. pre
tendit non subiacere iudicio inquisito
rum cum non manifeste sapiant here-
sim imo vix occulte ꝛ quasi nullo mo-
do. Et eodē modo de adorantibus de
monē ꝛ sacrificātib⁹ ei: q̄ si h̄ faciunt
credentes diuinitatē esse in demōibus
vel credentes ꝙ cultus latrie sit eis ex
hibend⁹: vel ꝙ oīno ex exhibitōe talis
cult⁹ assequant qđ requirūt a diabolo
nō obstante dei ꝓhibitōe seu etiā per-
missione tales essēt heretici. Sȝ si ista
faciūt nō ita sentiētes de demone: ſȝ vt
aliquo pacto cū demone facili⁹ ꝑ ista
exequant ab ipō qđ intendūt: tales nō
sunt heretibi ex natura rei licet grauit
peccēt. Et q̄dem ꝓ maiori declaratōe
sunt alique obiectōes mouende. Naȝ
obstare videt ꝙ ſm iura symoniacus
non est hereticus vt.j.q.j. quisq̄s ꝑ pe-
cuniam: ꝛ tñ non habet errorem in in-
tellectu. Nam symoniacus non est he
reticus ꝓprie ſȝ large ꝓpter quandaȝ si
militudinem: quia ex quo vendit vel
emit sacra ita agit ac si estimaret do-
nuȝ gratie pecunia posse possideri ſm
Tho. Sed non hoc estimando sicut
communiter accidit non est hereticus
quia non hoc credit sed bene veꝝ esset
si hoc crederet scȝ donum gratie posse
pecunia possideri. Item obstare videt
quod dicitur de hereti. quicunq̧ ꝛ al-
le.c.accusatus: ꝙ adorans hereticum
est hereticus. Sed grauius peccat qui
adorat demonem q̄ȝ qui adorat hereti
cum: ergo ꝛc. Item qui iudicand⁹ est
vt hereticus videtur esse hereticus: q̄
iudiciū debet sequi rei ꝟitatē: sed talis
iudicandus est hereticus. Nā ecclesia
nō p̄t iudicare nisi de his q̄ patēt occul
toꝝ eñ cognitor est de⁹ ꝛ iudex distin.
xxxiij. erubescāt. Sȝ ea q̄ sunt in intel
lectu non p̄nt patere nisi ex factis ex-
trīsecis visis vel ꝓbat: ḡ talis faciens
talia est iudicand⁹ heretic⁹. Preterea
īpossibile videt ꝙ aliq̄s faciēs talia scȝ
cōculcādo corpus xp̄i ꝛ hmōi: nisi ma
le sentiant de corpore xp̄i: ꝓbatur hoc
q̄ impossibile est maliciam esse in vo-
luntate: quin sit error in intellectu: cuȝ
ꝛ ſm ph̄m omnis malus est ignorans
seu errans: cū ḡ talia facientes habeāt
maliciā in voluntate: ergo hn̄t erroreȝ
i intellectu. Respōdet ad ista. Et pmo
sup pmū ꝛ terciū q̄ coīcidūt. Duplex

est iudiciū: scʒ dei qui videt interiora hominū qui non possunt iudicare de interioribus nisi per exteriora vt argumentum fatet tercium. Modo ille q̄ iudicatur vt hereticus iudicio dei ē vere hereticus ex natura rei. Deus enim nullū iudicat hereticum nisi habentē errorē fidei in intellectu. Sʒ ille q̄ indicatur hereticus iuditio hoim nō oportet q̄ sit hereticus ex natura rei: ꝫ q̄ fecerit tale factū per qd apparet ipsum male sentire de fide: ⁊ per consequens iuris p̄sumptione hereticus reputat. Et si queratur An ecclesia habet stati iudicare tales q̄ sic adorant demones vl' baptisant imagines hereticos ⁊ punire sicut hereticos. Rn̄siones nota. Primo q̄ ad discernendū illud mag pertinet ad canonostas q̄ theologos. Canoniste dicent iuris p̄sumptōe hereticus reputatur ⁊ vt hereticus ē puniendus. Theologus dicet primo indicio sub correctōe sedis ap̄lice q̄ non quantū est ex natura rei q̄cq̄d sit iuris p̄sumptōe. Et ratio potest esse ista: q̄ q̄ncunq̄ aliquis effectus depēdere potest ex duplici causa: nunq̄ ex natura rei ex illo effectu p̄t iudicare p̄cise altera causa. Cū igitur iste affectus qui est adorare demonem vel eius auxilium ad maleficiandū postulare imaginem baptisando vel infantem viuū offerendo vel occidendo vel aliud hmōi possunt p̄cedere ex duplici causa scilicʒ vl' credendo demonē adorando ⁊ sibi sacrificandū ⁊ imagines capere sacramētales effect9: vel q̄ aliquo pacto facto cū demone facio vt facilius obtineam quod volo a demone in his que non sunt supra facultatem suā vt supra tactum est nō debeo statim iudicare ex tali effectu p̄cise alterā causam scʒ q̄ ꝫ faciat vt male sentiens de fide. Unde quando constat de hmōi effectu vlterius inquirendum est de causa ⁊ si ex errore ⁊ p̄uersitate fidei hoc fecit iudicādus est hereticus et iudicio inquisitorum cum ordinariis subiacebit. Sʒ si ex alia causa iudicandus vt sortilegus ⁊ vilissimus peccator. Alia responsio ad nostrum p̄positum quicquid sit ex omnibus dictis ⁊ allegatis constat q̄ omnes diuinatores ⁊ malefici qui iudicant heretici iuris p̄sumptōe: ⁊ non ex natura rei ordinarioꝝ iudicio ⁊ nō inquisitoꝝ subiacent: nec p̄fati inquisitores alioꝝ regnoꝝ per allegationes canonū ⁊ glosatoꝝ se tueri possunt: eo q̄ tales demonibus sacrificantibus ⁊ adorantibus iudicant hereticos iuris p̄sumptione ⁊ non ex natura rei. Textus autē dicit q̄ debeant sapere heresim manifeste. i. sapere intrinsece: ⁊ ex natura rei: ⁊ sufficiet nobis inquisitoribus de hereticis ex natura rei infectis se intromittere alios suis iudicibus relinquendo. Et quia dictū est q̄ inquirendum est de causa vtrum ex errore fidei hoc fecerit vel non: vtiq̄ hoc facile erit. Nam sicut habitus fidei cognoscitur per actū fidei qui est credere ⁊ confiteri ea que sunt fidei: ⁊ habitus castitatis per caste viuere: ita ecclesia p̄t iudicare aliquē hereticuʒ inquirendo si habet actū discernendi seu male sentiendi de aliquo articulo fidei. Sic etiaʒ malefica que fidem in toto vel in parte abnegauit vel corpus xp̄i vilissime tractauit homagiū p̄stitit vtruʒ hmōi ad complacendum demoni tantuʒ fecerit: immo si in toto abnegauit etiam corde iam iudicabitur vt apostata: et deficiet quarta conditio que habet cōcurrere ad hoc vt quis p̄prie dicat hereticus. Q̄ si huic determinatōi obiicitur bulla ⁊ commissio nobis ab Innocentio octauo facta vbi malefice iudicio inquisitorum subiiciuntur. Respondetur per illa non excluditur q̄n ⁊ diocesani etiam vsq̄ ad sententiā dif

finitiuā contra eos ꝓcedere possint ꝑ
illa antiqua iura vt dictū est: cum hec
bulla potius in partem sollicitudinis
nobis inquisitoribus tradita sit: quam
⁊ ope q̄ntum possumus cū dei adiuto-
rio exhibemus. Vñ ⁊ primū argumē
tum non suffragatur inquisitoribus il
lis: ꝫ potius contrarium concludit cū
tales simoniaci tantūmodo iuris pre-
sumptōe censent̄ heretici de quib⁹ or-
dinarij per se iudicare possunt: irrequi
sitis inquisitoribus: immo nec inquisi
tores de simoniacis varijs se itromitte
re hñt ⁊ pari rōne de alijs qui tantum
iuris p̄sumptione heretici iudicantur.
Nam contra episcopos scismaticos ꝓ
cedere non possunt ⁊ p̄latos alios su-
periores vt ptꝫ in .c. inq̄sitionis de he-
re. li. vj. vbi sic dicit̄. Inq̄sitores hereti-
ce prauitatꝭ ab ap̄lica sede seu alijs q̄-
buslibet deputatis de hmōi crimine ī-
quirere contra eos vt nequeūt aut ei⁹
p̄textu ꝓcedere contra eos: nisi in lr̄is
cōmissionis sedis apostolice ꝙ h̄ pos-
sint contineat̄ expresse. Si tñ inquisi-
tores ipi episcopos vel alios supiores
prelatos sciuerint vel inuenerint circa
crimen hereseos cōmisisse aut eos de
hmōi diffamatos existere vl̄ suspectos
id tenebuntur sedi apostolice nūciare.
Ad secundum similiter patet ex p̄ha-
bitis responsio. Nam adorans hereti-
cum est tunc hereticus si adoret ipsuꝫ:
credens esse adorandū seu honorādūꝫ
ꝓpter suam doctrinam ⁊ opinionem.
Si aūt honorat ipm ꝓpter aliqđ tem-
porale sine aliquo errore fidei in intel-
lectu non est ꝓprie hereticus: ꝫ iuris fi
ctione vel presumptione seu similitudi
narie: quia agit sicut male sentiret de
fide sicut ille quem adorat: vnde nec i
quisitorum iudicio subiacebit. Ad ter
cium patet ex premissis quia licet iu-
dicatur ab ecclesia vt hereticus ꝓpter
facta extrinseca visa ⁊ probata: non ta-
men sequitur ꝙ semper sit heretic⁹ ex
natura rei ꝫ iuris p̄sumptione sic repu
tatur: vñ ⁊ in illo casu inq̄sitoꝝ iudiciū
subterfugit: quia nō sapit heresim ma
nifeste. Ad quartū dicendum ꝙ falsuꝫ
p̄supponit: quia non est possibile ꝙ ali
quis cōculcet corpus xp̄i absq̧ hoc ꝙ
male sentiat vel peruersitatem fidei ha
beat de corpe xp̄i: quia potest hoc face
re sciens se peccare ⁊ credens firmiter
ibi esse corpus xp̄i. Facit tñ hoc vt pla
ceat demoni ⁊ facilius obtineat quod
vult ab eo. Et licet omnis malus erret
non tamen errore intellectus qui ē he
resis seu errans male sentiens de his
que sunt fidei: ꝫ de his que sunt virtu-
tis alicuius cuius contrariuꝫ in vicijs
operat̄. Et tm̄ de p̄mo p̄ncipali quod
ad heresim ꝓprie sumptū requiritur ⁊
fm ꝙ iudicio inquisitoꝝ debet hereti-
cus subiacere. Nec obstat si dicatur tñ
etiam contra diffamatos aut suspectos
leniter vehementer aut violenter de he
resi: ⁊ qui nō videntur sapere heresim
manifeste inquisitor potest procedere.
Respondetur: inquirere potest ⁊ ꝓce-
dere super tales inquantū sunt suspe-
cti aut diffamati de heresi ꝓprie dicta
de qua etiam nunc loquimur vt sepe
tactum est que habet errorem in intel
lectu: ⁊ alia quattuor sequentia anne-
xa: quoꝝ scđm est vt talis error sit cir-
ca ea que sunt fidei vel contra veritatē
determinatōis ecclesie in his que per-
tinent ad fidē ⁊ bonos mores ⁊ neces-
saria ad consecutiōem vite eterne. Si
em̄ error sit de his que non pertinent
ad fidem: puta ꝙ credat quis solē non
maiorem terra ⁊ hmōi non est pericu
losus error. Error autem contra sacram
scripturam contra articulos fidei: con
tra determinationem ecclesie vt supra
est heresis arti. xxiiij. q. j. hec est fides.
Item quia determinatio dubiorū cir-
ca fidem pertinet principaliter ad ec-

clesiam ꝛ ꝑcipue ad pontificem sum̄mū xp̄i vicariū. Petri successorē. vt expresse dicit̄. xxiiij. q. j. quotiens. Et contra determinationē ecclesie nullus doctor vel sanctus suā sententiā defendit vt dicit Tho. fa fe. Nec Hieroni. nec Aug⁹. nec alius. Sicut ergo asserens ꝑtinaciter contra fidem est hereticus: ita ꝛ ꝯtra determinatōem ecclesie i his que ꝑtinent ad fidem et necessaria ad salutem ꝑtinaciter asserens est hereticus. Ipa em̄ ecclesia nunq̄ errasse i fide ꝓbat̄. vt dr. xxiiij. q. j. a recta. ꝛ aliis c. Signanter aūt dicit̄ q꞉ asserens contra determinatōem ecclesie nō simpliciter ꝫ in his dumtaxat q̄ ꝑtinent ad fidem et salutem est hereticus. Nam in aliis contrariū sentiens non est hereticus: sic ꝙ ius non pt separi ab vsu in rebus vsu cōsumptibilibus: qđ declarauit ꝛ determinauit. Johannes. xxij. in extraua. ad conditorem. Ubi dic̄: contradicentes huic sententie esse contumaces ꝛ rebelles ecclesie nō hereticos Terciū quod requirit̄ est ꝙ error sit in illo qui catholicam veritatem est ꝓfessus. Si quis em̄ nunq̄ esset ꝓfessus fidem xp̄ianā nō esset ꝓprie heretic⁹ sed simpliciter infidelis vt iudeus ꝛ gentilis qui foris sunt. Vn̄ Aug⁹. de ci. dei Uidens diabolus genus humanum a cultura idoloꝝ ꝛ demonum liberari hereticos mouit q̄ sub vocabulo xp̄iano doctrine resisterēt xp̄iane. Oportet ergo ꝙ error sit in illo qui in baptismo suscepit fidem xp̄ianā ad hoc vt sit hereticus. Quartum qđ requirit̄ est ꝙ talis error sit in eo q̄ fidem suscepit talit̄ ꝙ aliquaꝫ veritatem de xp̄o confiteat̄ ꝑtinentē ad diuinitatē vel humanitatē Si em̄ nullam veritatem penitus cōfiteretur magis ꝓprie apostata q̄ hereticus censeretur. Sic iulianus apostata: ꝛ distinguitur vnuꝫ ab altero: licet aliquando vnū sumat̄ pro alio. Sub hac conditōe reperiunt̄ certi q̄ interdū egestate ꝛ molestiis variis afflicti corpus ꝛ animā tradunt diabolo ꝛ fidem abnegant dūmodo in eoꝝ necessitatibus: ꝛ ad possidendū diuitias ꝛ honores diabolus eis assistat. Nouim⁹ certos nos inquisitores ꝛ post aliq̄s penitentes: q̄ vtiq̄ absq̄ errore fidei in intellectu: q꞉ tm̄mō ꝓpter cōmoda tp̄alia talia cōmiserūt: vn̄ nec heretici ꝓprie nec iterū apostate ex corde ꝛ Julianus: licet magis apostate cense nt. Ex corde vero apostate si nolunt resilire vt heretici impenitentes traden t curie seculari. Si aūt velint recipiunt̄ ꝓut heretici penitentes iuxta. c. ad abolendā. §. ꝑsenti. de here. li. vj. Cōcordat Raymūdus ti. de apostatis. c. reuertētes. vbi dicit. Qꝫ reuertentes ab apostasie ꝑfidia cū fuerint heretici tanq̄ reuertētes ab heresi sunt recipiendi. Et hic sumitur vnū ꝓ alio vt prius tactū est. Et subdit Illi vero q̄ metu mortis fidem abnegant: hic tu accipe q̄ ꝓpter comodum temporalē diabolo fidem abnegant et erroribus nō credūt: licet iure heretici non sint: nota hic ꝙ non sunt ꝓprie heretici. Subdit: postq̄ nō habent in mēte errorem. Judicio tamē ecclesie qui habet per exteriora de interioribus iudicare heretici habendi sunt: nota hic iuris fictione: ꝛ si reuertantur vt penitentes heretici recipiēdi sunt. Nō em̄ metus mortis est metus cadens in cōstantem virum ad fidem xp̄i abnegandam: sic ꝛ tu accipe ꝓpter cōmoda tēporalia. Unde concludit Sanctius ē mori q̄ abnegare vl' vesci idoloticis vt dicit Augustinus ꝛ recitat̄. xxxij. q. iiij Simile iudiciū de maleficis fidem abnegantibus esset vt ibi resilire vellent reciperentur vt penitentes absq̄ hoc ꝙ curie seculari relinquerentur: omnib⁹ tamen modis ad gremium ecclesie recipiuntur vbi petunt; ꝛ curie seculari

si non traduntur relinquunt: ⁊ ħ ꝓpter
damna temporalia illata prout i modis
sententiandi patebit: ⁊ omnia prefatus
ordinarius exequit: ita ꝙ etiaȝ inquisi
tor suas vices illi committere potest in
hoc dumtaxat casu apostasie: secus est
in alijs casibus sortilegoꝝ. Quintuȝ
quod requirit ad hoc vt quis ꝓprie sit
hereticus est vt talem errorem firmata
voluntate ⁊ obstinata eligat ⁊ pertina-
citer sequatur opiniones. Unde ſm
Hiero. heresis ab electiōe est dicta. Et
ideo ſm Aug⁹. non qui falsas opinio-
nes gignit vel sequit: ꝫ qui pertinacit
defendit hereticus est censendus. Vñ
si quis nō pertinaci malitia sentiret ali
quid contra fidem: ꝫ ignorantia para-
tus corrigi si quis sentit falsum osten-
detur sibi esse contra fidem vel sacram
scripturam vel determinationeȝ eccle-
sie. xxiiij. q. iij. dixit apostolus. Et ideo
ipse Aug⁹. dicebat. Errare potero here
ticus non ero qꝛ scȝ paratus corrigi cū
sibi fuerit ostensus error. Et constat ꝙ
quotidie inter doctores circa diuina
sunt varie opiniones ⁊ aliqñ contradi-
ctorie ita ꝙ necesse est alteram esse fal-
sam: ⁊ tamen nulla earū reputatur fal-
sa donec per ecclesiam fuerit determi-
nata. ar. xxiiij. q. iij. qui in ecclesia. Ex ꝗ
bus omnibus concluditur ꝙ probare
maleficos subiacere iudicio inquisito-
rum vel etiam alios quocunqꝫ modo
demones inuocantes per dicta cano-
nistarum super alle. verbum saperent.
in. c. accusatus comprehensum nō suf-
ficienter probatur: cum tales ab eis he
retici iudicantur quadam iuris fictio-
ne: nec etiam per dicta theologoꝝ: cū
⁊ ipsi tales nominant apostatas verbo
vel opere: nō autem mente ⁊ corde: de
quo errore verbuȝ saperent pretendit.
Et licet iudicantur vt heretici non ta-
men propter hoc sequitur ꝙ episcopus
sine inquisitore non possit ad sententi
am diffinitiuam contra eos procedere
aut carceri ad penam deputare aut tor
mentis exponere. Im mo in casu quo
hec decisio non videatur sufficere ad ħ
vt nos inquisitores simus a malefica-
rum inquisitione exonerati: nolumus
tamen hoc via iuris exigere: cum vices
nostras in his dumtaxat super senten-
tiam ferendam ipsis diocesanis cōmit-
tere possumus. Hoc enim habetur in
capitu. multorum in principio. de here
ti. in clemen. Ubi sic dicitur. Multo-
rum querela ⁊ infra vt negotium inqsi
tionis huiusmodi eo prosperetur feli-
cius: quo deinceps eiusdeȝ labis inda
go solertius diligentius ⁊ cautius per
agetur ipsum tam per diocesanos epi
scopos ꝙꝫ per inquisitores a sede apo-
stolica deputatos omni carnali odio
vel timore aut cuiusmodi commodi
temporalis affectione semotis decer-
nimus exerceri: sic ꝙ quilibet de predi
ctis sine alio citare ⁊ arestare seu cape
re ac tute custodie mancipare ponen-
do in compedibus et manicis ferreis:
si ei visum fuerit super quibus facien-
dum ipsius conscientiam oneramus:
nec non inquirere contra illos de qui-
bus pro huiusmodi negotio ſm deuȝ
et iusticiam viderit expedire: duro ta-
men tradere carceri qui potius ad pe-
nam ꝙꝫ ad custodiam videatur vel tor
mentis exponere illos aut ad sententi
am procedere contra eos. Episcopus
sine inquisitore aut inquisitor sine dio
cesano aut eius vel episcopali sede va-
cāte capituli super hoc delegato. si sui
ad inuicem copiam habere valeant in
fra octo dierum spacio postꝙꝫ inuiceȝ
se requisierint non valebit: et si secus
presumptum fuerit nullum sit et irri-
tum ipso iure. post sequitur ad no-
strum propositum. Verum si epi-
scopus vel eius seu capituli sede va-
cante delegato cum inquisitore aut in

quisitor cum altero eorundem ꝓpt̃ p̃-
missa nequeant aut noluerint ꝑsonali-
ter conuenire p̃t eṗs vel eius seu capi
tuli sedevacante delegatus inquisitori
ꝛ inquisitor eṗo vel eius delegato seu
sedevacante illi qui ad hoc fuerit ꝑ ca
pitulũ deputatus. sup illis cõmittere
vices suas vel suas significare ꝑ lr̃as
consiliũ et consensum. Ex quo patz ꝙ
licet in q̇nq₃ casibus vnus sine altero i
tribus vero minime ꝓcedere possit. q̃
tamen vnus alteri vices suas cõmitte
re potest. presertim quo ad sententiaz
ferendã. iõ ꝛ nos hoc ꝑ p̃ntes facere de
creuimꝰ alijs ĩquisitoribꝰ in suis limi-
tibus remanentibꝰ. Ad argumenta er
go respondendo patet ex premissis ad
sex prima argumenta ꝓ inquisitoribꝰ
militantia decisio. ꝙ eoꝝ inquisitioni
malefici ꝛ sortilegi non videnť subijci.
Ad alia aũt argumenta ꝓ diocesanis
in casu quo ꝛ ipi a maleficaꝝ inquisiti-
one se exonerare vellent. ꝛ ciuili iudi-
cio relinquere. Patet ꝙ nõ p̃nt h̃ ea-
dem facilitate quo inquisitores facere
q̃ in crimine heresis iuxta. c. ad abolẽ
daz. ꝛ. c. vergentis. ꝛ. c. excõicamꝰ vtrũ
q₃. extra de hereticis. Judicis ecclesia-
stici est cognoscere et iudicare. ꝛ iudi-
cis secularis exequi ꝛ punire. vbi sñia
transit in vindictã sanguinis. secus vbi
ad alias penas penitentiales. Videť
etiã ꝙ in heresi maleficaꝝ licet non in
alijs heresibus etiã ipi diocesani suas
vices ad agnoscendum ꝛ iudicanduz
in foro ciuili cõmittere valeat. tum vt
in argumentis tangitur hoc crimẽ ma
leficaꝝ non est mere ecclesiasticuz. im-
mo potius ciuile ꝓpter damna que in
feruntur temporalia. tum etiam quia
leges speciales in punitionem malefi
corum quo ad omnem viam punitõis
edite cernũtur. Videtur deniq₃ ꝙ hec
via plurimũ in exterminiũ maleficaꝝ
deseruiret. ꝛ in maximũ releuamẽ or-
dinarioꝝ corã tremendo iudice super
districtum examen qd̃ exigetur cuz te
ste scriptura iudiciuz durissimum his
qui presunt imminet. ꝛ ſm hanc diffe-
rentiã ꝓcedemus videlicet ꝙ iudex se
cularis cognoscere ꝛ iudicare põt vsq₃
ad sententiã diffinitiuã ad penitentiaz
quã ab ordinarijs recipiet. secus sup
sanguinem quã ꝑ se ferre potest.

v ¶ ergo iudices tam i foro eccle
siastico q̃₃ ciuili modos ꝯgno-
scendi iudicandi ꝛ sententiãdi
sꝑ in promptu habere valeant. conse-
quenter circa tria p̃ncipaliter ꝓceden
dum erit. Primo quis modus incho
andi ꝓcessum fidei. Scd̃o quis modꝰ
continuandi. Tercio quis modꝰ termi
nandi ꝛ sententiandi in hac mat̃ia ma
leficaꝝ. Circa primũ q̇nq₃ difficultates
Prima quis inter tres modos ꝓcedẽ
di qui in iure tanguntur sit magis cõ
petens. Scd̃a de numero testiũ. Ter-
cia an possint compelli ad iurandum.
Quarta de conditione testiũ. Quinta
an inimici capitales ad testificandum
admittuntur. Scd̃a pars continet q̃-
stiones vndecim. Pr̃ia qualiter testes
sunt examinandi. ꝛ ꝙ sꝑ quinq₃ ꝑsone
debent esse p̃sentes. Item qualiť male
fice sint interrogande generaliter ꝛ ꝑ-
ticulariter. ꝛ erit sexta in ordine libri.
cũ numerus mutatur eo vt lector faci-
lius repiet materiã optatã. Secunda
varia dubia declarat sup respõsiones
negatiuas. ꝛ qñ sit incarceranda ꝛ quã
do ꝓ manifeste deprehensa in heresi
maleficarum. Tercia de modo capien
di maleficas. Quarta de duobus que
post captionẽ facienda sunt iudici ꝛ an
deponentiũ noĩa sint ei manifestãda ꝛ
defensiones concedende. Quinta q̃lr
defensiones cuz deputatõne aduocati
sint concedẽde. Sexta quid faciet ad-
uocatus cum sibi testiũ nomina non
publicantur. ꝛ vbi inimicitiã capitalez

allegat coram iudice. Septima qualiter iudex inimicitiã capitalem inuestigare habet. Octaua de his q̃ iudex hȝ aduertere anteq̃ʒ delatam tormẽtis exponat. Nona de mõ sententiandi ad questiones et tormenta. Decima sup tormenta continuanda ꝛ qualiter sint tormentandeꝛ de cautelisꝛ signis cõtra maleficiũ taciturnitatis. Undecima sup finales interrogatõnes ꝛ cautelas a iudice obseruãdas. Tercia pars continet primo q̃stiones tres quas iudex debet aduertere ꝛ ex quib9 oĩs sñia diffinitiua dȝ ꝑcedere. Prima an sup examẽ candentis ferri possit sententiari. Secunda de modo quo omnis sententia est ferenda. Tercia ex quibus suspitionibus potest iudicare. et qualiꝰ sup vnaq̃q̃ʒ suspitionẽ debet sententiare Demũ super vltimã parteȝ de viginti modis sententiandi. quaꝝ tredecim sĩcões super oẽm heresim. reliqui specialiter super heresim maleficaꝝ. ꝛ quia locis suis patebunt causa breuitatis hĩ non assignantur.

Questio prima super moduȝ inchoandi processum.

Verit ergo primo quis sit modus cõpetẽs ad inchoandũ ꝑcessum fidei contra maleficas. Respondetur. Cum inter tres modos qui tangũtur. extra de accusa. denun. ꝛ inquisitio. ꝛ prim9 est qñ aliquis accusat aliquẽ de crimĩe heresis vel fautoria corã iudice offerendo illud se ꝓbaturꝝ ꝛ inscribit se ad penam talionis nisi ꝓbet. Et secundus modus quando aliquis denunciat aliquem. ita tamen non ꝙ offert se ꝓbaturum nec vult facere parteȝ. sed dicit ꝙ denunciat zelo fidei. vel rõne sententie excõicatõnis late ꝑ ordinarium vel eius vicariũ. aut ratione pene tempaꝰ quã secularis iudex contra non denũciantes. Et tercius modus per inquisitionẽ. hoc est qñ nõ est aliquis accusator vel denunciator. sed fama laborat in aliqua ciuitate vel loco ꝙ sint malefice. ꝛ tunc iudex habet nõ ad instantiam partis sed etiã ex officio procedere Ideo aduertendum ꝙ primũ moduȝ procedendi iudex nõ libenter admittat. tum qꝛ non est in causa fidei vsitatus nec etiam in causa maleficaꝝ qui sua maleficia occulte exercent. tum etiam qꝛ est accusanti multũ ꝑiculosus ꝓpter penã talionis qua plecteretur vbi in probatione deficeret. tum etiã quia est multuȝ litigiosus. Incipiat processum per citationem generalem affigẽdo illam ad valuas ecclesie ꝓchialis vel pretorij per modum qui sequitur.

Cum nos vicarius talis ordinarij. aut iudex talis dñi totis nr̃is affectib9 ibiantes ac ex oĩb9 nostris precordijs affectãtes populum xp̃ianum nob̃ commissum in vnitate ꝛ serenitate catholice fidei cõfoueri. ac ab omni peste prauitatis heretice visceraliter elongari. Iccirco nos iudex prefatus. cui ex iũcto officio hec incũbunt. ad gloriam ꝛ honorem recolendi nominis ih̄u xp̄iꝛ ad exaltationẽ sancte fidei orthodoxe atq̃ʒ ad depressionem heretice prauitatis precipue in maleficis vniuersis et singulis cuiuscunq̃ʒ conditionis stat9 Hic nota. Si ecclesiasticus iudex inq̃rit addat: ordinis religionis aut dignitatis existãt. q̃ sunt infra terminos h9 ciuitatis aut circa illaȝ aut oppidi ad duo miliaria. ad quoꝝ noticiã ꝑuenerint hec mandata. ecclesiasticus iudex adiungat. Auctoritate qua fungimur in hac parte in virtute sancte obediẽtie ac sub pena excõicatõnis precipimus ꝛ mandamus ac mandando req̃rim9 ꝛ monemus quatenus infra. xij. dies ꝓxime cõputandos. Hic secularis iudex modo suo mandabit et penis eis

consuetis quorũ primos q̃uattuor pro
primo. et reliquos quatuor p̃mis qua
tuor imediatos ꝓ scđo. et vltimos q̃t-
tuor ꝓ tercio termino peremptis. At tri
na monitione canonica assignamus:
nobis reuelant si quis scit vidit vł au-
diuit aliquã eẽ psonã hereticã ꝛ malefi
cam diffamatam vel suspectam ꝛ i spe
ciali talia practicãtem que in nocumẽ-
tum hominum iumentorum aut terre
frugum. ꝛ damnum reipublice cedere
valeant. ꝙ si nostris antefatis monitis
et mandatis non paruerit cum effectu
premissa infra taxatum terminum nõ
reuelando sciat se. Iudex ecclesiasti
cus addat excõicatõnis mucrone per
cussum. Secularis iudex addat penas
temporales. Quam excõmunicatõis
sniam in omnes ꝛ singulos taliter vt p̃
dicitur cõtumaces prefata nostra mo
nitione canonica preeunte ꝛ eoꝝ obe-
dientia requirente. nũc vt ex tunc ꝛ tũc
vt ex nunc ferimus in his scriptis. ab
solutionem harum sententiarum nob
tantũmodo reseruandum. Concludit
iudex secularis modo suo Datum ꝛc.
Nota insuper super scđm modum ꝙ
cum vt dictum est secundus modus
procedendi et processum fidei incipiẽ
di est per modum denunciatõnis. vbi
denuncians non offert se probaturum
nec vult facere partem. sed dicit ꝙ de-
nunciat ratione sententie excõicatõis
late. vel zelo fidei ꝛ propter bonum rei
publice. Ideo secularis iudex hoc de-
bet in sua citatione generali aut p̃mis
sa monitione specificare. ꝙ nemo esti-
met se penalem fieri etiam si in proba
tione defecerit. q2 non offert se vt accu
sans sed vt denũcians. Et tunc q2 plu
res comparebunt ad denunciandum
iudici: notare debet iudex vt procedat
modo qui seq̃tur. Primo habeat no-
tarium et duas honestas personas si-
ue sint clerici siue layci. vel si notarius
non posset haberi tũc loco notarij sint
duo viri idonei. Hoc em̃ tangit in. ca.
vt officiũ. §. verum. li. vj. vbi ita dicit
Verum q2 in causa graui crimine cuꝫ
multa op oꝛteat cautela procedi vt in
reos sine vllo proferat errore dure a
digne seueritas vltionis. Volumus ꝛ
mandamus vt in examinatõe testium
quos recipi super hoc crimine p̃dicto
ipmq; contingentibus oportuerit. adhi-
beatis duas religiosas et discretas pso
nas. Hic Archi. in glosa possunt in
telligi persone honeste siue sint clerici
siue laici. Sequitur in quaꝝ p̃ntia per
publicã si cõmode habere potestis p-
sonam aũt per duos viros idoneos fi
deliter eorum depositiones testiuꝫ de
scribãtur. Nota ergo ꝙ his psonis ad-
hibitis mandet denuncianti iudex ꝙ
det in scriptis vel saltem dicat v̄bo. Et
tunc notarius seu iudex incipiat ꝓces
sum per modum qui sequitur.

In nomine domini amen. Anno a
natiuitate dñi ꝛc. tali die talis mensis
in p̃ntia mei notarij ꝛ testium ĩfra scri-
ptorum. talis de tali loco ꝛ talis dioce
sis vt supra cõparuit personaliter in ta
li loco coraꝫ honorabili iudice ꝛ obtu-
lit eidem cedulam tenoris sequentis.
inseratur tota. Si aũt non per cedulaꝫ
sed verbo. ponatur sic. Cõparuit ꝛc. et
denunciauit eidem ꝙ talis de tali loco
diocesis talis asseruit ꝛ dixit ꝙ sciret h̄
vel ꝙ fecerit talia nocumenta sibi vel
alijs personis. Quo facto in continen
ti faciet iurare ipm denunciantem mo-
do consueto. vel ad quatuor dei euan-
gelia. vel super crucem erectis digitis
tribus et duobus depressis in testimo
nium sancte trinitatis et damnatõneꝫ
anime et corporis de dicenda veritate
super denunciatis. et prestito iuramẽ-
to interrogabit eum. Unde scit eẽ ve-
ra que denunciauit et si vidit vel audi
uit. Si dicat se vidisse aliqua vtputa

qz ibi repert⁹ tali hora tẽpestat̃ vel q̃a tetigit lumẽ qz .itrauit stabulũ. introgabit iudex vbi eũ vidit ⁊ qñ ⁊ q̃tiẽs ⁊ p quẽ modũ⁊ qui erant p̃ntes. Si dicat ꝙ non vidit sed ꝙ audiuit. Interrogabit eum a quibus audiuit⁊ vbi⁊ qñ ⁊ quotiens⁊ quibus presentibus audiuit. formando articulos de quolibet p̃dictorum singulariter et diuisim. ⁊ notarius seu scriptor ponat totuz i actis seu in processum immediate post p̃dictam denunciationẽ continuando sic. Quaquidem denunciatõne vt p̃mittitur facta. ipe inquisitor in continenti fecit iurare ad quatuor dei euãgelia ⁊c vt supra. ipm denunciantẽ de dicẽda veritate super denunciatis. ⁊ iterrogauit eundẽ vñ et quomodo ea q̃ denunciauerat nouerat vel suspitionem hẽat esse vera. Respondit. qz vidit vel audiuit interrogauit vbi vidit vel vbi audiuit. ⁊ dixit. ꝙ tali die talis mensis talis anni in tali loco. Interrogauit. quotiens vidit vel audiuit ⁊c. ⁊ formentur articuli vt dictum est et totũ ponatur in processu: ⁊ specialiter interrogatur. qui sciunt cum eo in tali causa ⁊ q̃ p̃nt scire. Quibus omnibus sic pactis vltimo interrogabitur si denunciat mala voluntate odio vel rancore. vel obmittat aliquid fauore ⁊ amore. vel alias denunciat rogatus vel subordinatus. Et postremo iniungetur ei virtute iuramenti prestiti tenere secretum quicquid ibi dixit. vel per iudicem sibi dictum fuit. ⁊ ponetur totum in processu et in actis et omnibus expletis potur paulo infra. Acta sunt hec i tali loco tali die talis mẽsis⁊ tali anno i presentia mei notarij vel scriptoris adiũcto mihi ali in vigoremz officij tabellionatus. ⁊ talium testium ad hoc vocatorum ⁊ rogatorum.

Ercius modus processum incipiendi qui etiam est cõmunis⁊ vsitatus modus. ⁊ cum hoc secretus esset vbi nullus accusator vel denunciator se offerret sed fama laboraret i aliqua ciuitate vel loco de aliqua malefica et etiam tali ⁊ ꝓpter famam iudex absq₃ citatione generali de qua supra seu monitione ex officio procedere vellet. eo ꝙ talis clamor frequens peruenirer ad aures ei⁹. tũc itex ichoare p̃t. processum in presentia persona⁊ vt s.

In nomine domini amen. Anno a natiuitate domini tali die mense tali seu mensibus talibus. Ad aures talis officialis aut iudicis talis loci peruenit pluries fama publica referente ac clamosa insinuatione producente ꝙ talis de tali loco dixit vel fecit talia ad maleficia pertinentia contra fidem ac cõem vtilitatem reipublice. ⁊ ponatur totum prout fama laborat. Et p aulo infra. Acta sunt hec die tali mensis talis de anno tali in p̃ntia testium taliũ vocatorum et rogatorum et mei notarij talis auctoritate seu scriptoris vigore tali. Sed anteq̃ secunda pars ichoetur videlicet qualiter huiusmodi ꝓcessus ẽ ꝯtinuandus premittenda sũt aliqua super testes examinandos q̃t i numero esse debeant et cui⁹ ꝯditõnis.

Questio secunda de numero testium.

Via dictũ ẽ i secundo modo de dictis testiũ qualiter inscribi debeant. scire numerum et conditionem illorum opus est. Queritur vtrum iudex duorum testium legitimorũ non singularium possit licite aliquaz de heresi maleficarum condemnare. vel plures q̃₃ duo necessario requirantur. ⁊ dicũtur testes singulares quando in dictis sũt ꝯtrales. ꝯcordãt tñ i v̄ba seu effectu rei vt si dicẽt malefeciauit mihi vaccam alter puerum: concordarent in malefi

cio. Hic aūtē queritur vbi testes non
sunt partiales sed omnino concordāt
Et rn̄detur: ꝙ q̄buis videant̄ sufficere
duo testes de iuris rigore: quia regula
est ꝙ in ore duoꝝ vel trium stat omne
verbū: tamen de iuris equitate non vi
dent̄ in hoc crimine duo sufficere: tuꝫ
ꝓpter criminis immanitatem. In cri-
minibus eñ probationes debent esse
luce clariores. ff. de probationibus. si
qūt. Et heresis p̄cipue talis inter maio
ra crimina enumerat̄. Et si dicat̄ ꝙ in
hoc crimine sufficiūt leuiores probati
ones: q̄ꝛ leui argumento quis detegit̄.
C. de here. l. ij. Leui argumento rece-
dendo a iudicio catholice religionis ⁊
tramite hereticū se facit. Rn̄det̄. Hex
est ad p̄sumendū non aūt ad condem-
nandū tum ꝓpter iuris ordinis in hoc
crimine detrutationē. In hoc eñ ordo
iudiciarius in fauorem fidei detrunca
tur: q̄ꝛ nec delatus videt testes iurare:
nec etiā sibi publicantur vbi posset eis
graue ꝑiculum imminere. vt in. c. sta-
tuta. de here. li. vj. ꝓpter qd̄ delat⁹ non
potest diuinare ſ; tenet̄ ip̄e iudex ꝑ se ⁊
ex officio de testiū inimicicia ꝑquirere
q̄ꝛ excludunt̄ vt infra patebit ⁊ etiaꝫ si
deposuerunt confuse de causa scientie
eos iterū interrogare: qd̄ potest facere
extra de testi. per tuas. ⁊. ff. de questio-
nibus repeti. nam q̄to magis via de-
fendendi delato subtrahit̄: tanto ma-
gis incumbit iudici sollicitudo diligē
tius inquirendi. Vbi ergo inuenirent̄
duo testes concordes ⁊ legittimi cōtra
quenq̄ꝫ nec ex hoc vellem eum de tan-
to crimine condēnare: ſ; purgationē si
esset diffamat⁹ indicere vel ꝓpter vehe
mentē suspitōeꝫ q̄ orit̄ ex dictis duoꝝ
testiū facere eū abiurare vel questiona
re seu sententiā differre: non eñ videt̄
tutū ad vocē duoꝝ testiū hoīem bone
fame de tanto crimine ꝯdemnare. Se
cus si fuerit male fame. De h̄ Archi.
plenius. in. c. vt officiū. §. verū in ꝑūn.
de here. li. vj. sup̄ verbo testiū: ⁊ in. c. fi-
dei. In fine glose illius ca. Et Jo. an.
ibideꝫ. In. c. etiā excōicamus itaq̄ꝫ. ex̄
de here. §. addicimus dı̄. ꝙ faciat ep̄s
iurare tres vel plures boni testimonij
viros de dicenda v̄itate: si sciuerint in
ꝑrochia tales hereticos ibi esse.

a
Videm ꝙ si q̄rit̄. Vtrū iudex
ꝑ testes singulares solū vel sal
tem cuꝫ infamia posset iuste de
tali heresi aliquē condemnare. Rn̄det̄
ꝙ non: nec ꝑ testes singulares solum
nec etiam cū infamia. ex̄ de testi. cū lit
teris: p̄sertim cum in criminibus ꝓba
tiones debent esse luce clariores vt su-
pra patuit: ⁊ in h̄ crimine nemo sit ex
presumptione damnandus. extra de
presump. litteras. ergo tali indicit̄ pur
gatio ratione infamie: ⁊ abiuratio rati
one suspitionis vehementis que cōsur
git ex dictis testium: tamen vbi testes
sunt singulares cōcordant tn̄ in substā
tia facti ⁊ euidentia facti concurrunt.
tūc iudicis consciētia ibi onerat̄ ex in
directorio habetur questio quotiens
possint testes examinari.

Questio tercia

Vod si queritur

q
Vtrum iudex testes possit cō
pellere ad iurandum de dicē
da eidem in causa fidei seu maleficarū
veritatem. Et etiaꝫ pluries eos exami
nare. Rn̄det̄ ꝙ sic: presertim ecclesiasti
cus iudex vt supra patuit in. c. vt offici
um. §. verum. Et ꝙ testes cogendi sūt
in causis ecclesiasticis v̄itateꝫ deponē
medio iuramento ex̄ de testi. cogen. c.
peruenit. aliās testimonium non vale
bit. Et extra de hereti. capitulo excom
municamus itaq̄ꝫ. §. addicimus. dici-
tur: ꝙ archiepiscopus vel episcopus
parrochiam in qua fama fuerit here-
ticos habitare circumeat ⁊ ibi tres vel

plures boni testimonij viros: vel etiã si expedire videbit totã vicinaz iurare compellat. et sequit infra. Si q vero ex his iuramenti religionẽ obstinatione damnabili respuẽtes iurare forte noluerint ex hoc ipso tanq̃ heretici reputentur. Qr aũt pluries possit examinari. Ita dicit archi. in. ca. vt officiũ. §. verũ. sup ver. testiũ. vbi dr sic. Inquisitor hic aũt iudex debet esse sollicitus vt si testes confuse deposuerũt. et de cã sciẽtie minus plene requisiti fuerũt q iterato cũ eis inquirat. Nazb de iure fieri potest. extra de testi. cogendis. vt supra tactũ est. et. ff. de q̃stionib9 repeti.

Questio quarta de conditione testium.

Questio sup conditiones testiũ. Nota q excõmunicati. Item pticipes et socij criminis. Itẽ infames et criminosi serui contra dños admittũtur ad agendũ et testificandũ in causa fidei quacunq. Item sicut hereticus contra hereticum ad testificãdũ admittitur: ita maleficus ꝯ maleficum. in defectũ tamen aliaꝝ pbationũ et sp ꝯ et non pro. vxor etiã et filij et familiares ꝯ et nõ pro. ar. p. c. filij. de here. li. vj. et h iõ. qr eoꝝ testimoniũ est magis efficax ad pbandũ. De primis patet in ca. in fidei. d here. ibidẽ. In fidei fauorẽ concedim9 vt in negocio inq̃sitionis heretice prauitatis excõicati et participes vel socij criminis ad testimoniũ admittant in defectu aliaꝝ pbationũ ꝯ hereticos credentes receptatores fautores et defensores eoꝝ si ex verisimilib9 conjecturis et ex numero testiũ aut psonaꝝ tam deponentiũ q̃ eoꝝ contra quos agitur et deponitur qualitate aut alijs circũstãtijs sic testificãtes nõ falsa dicere psumant. De pluris qñ psumit qd deponunt zelo fidei. ptz in. c. accusatus. §. licet. vbi supra. vbi dr. Licet vero periuri et post pniam repellantur si tñ hi q corã et infra. si ex manifestis indicijs apparuerit tales nõ anie leuitate aut odij fomite seu corruptõne pecunie h zelo fidei orthodoxe dictũ suũ vellent corrigere ac mõ que prius tacuerãt reuelare in fauorez fidei nisi aliud obsisterit stari debet tam contra se q̃ reliq̃s attestationibus eorũdẽ. Et q infami et criminosi et serui ꝯ dñs admittuntur Archi. in. c. alle. accusatus. in. §. lz. sup verbo exceptũ dicit ita. Tanta ẽ labes criminis heresis q ad ei9 actionẽ etiaz serui aduersos dños suos et quilibet criminosus. etiã infames aduersus quẽlibet admittuntur. vt. ij. q. vij. §. huic opponitur.

Questio quinta an inimici capitales ad testificandum admittantur.

Vero queritur Vtrũ iudex inimicos capitales alic9 dlati possit i tli cã ad testificandũ seu agendũ admittere cõtra illũ. Respondem9 q nõ. Vñ arch. vbi supra. Nõ tñ intelligas q in hoc crimine inimic9 capitalis admittit ad actionẽ. iij. q. v. c. ij. et de symo. licet heli. in fine. de hoc etiã satis notat hosti. in sum. de accu. §. qs possit. h q dicunt inimici capitales. Nota q qr solũ rõe inimicitie qs repellit et nõ quecunq repellit h capitalis intelligit: qr mors inter eos est de facto illata vel fuit intentata seu ea q̃ sunt ad morẽ inductiua aut via vel vulnera grauia et letalia sũt secuta: et sĩlia que ad peruersitatẽ et malignitatẽ agentis cõtra passuz indicãt manifeste. pter qd psumitur q sicut intentauit contra istũ mortem corporalem per illum modum scz vulnerando. intentaret etiam per istum crimen heresis imponẽdo. et sicut voluit ei au

ferre vitam vellet auferre famā q̄uare tales inimici capitales a testimonio legittime expellūtur. Alie vero inimicitie ꝑsertim graues ⁊ ꝓut etiā faciliter mulieres ad inimicitias cōmouētur: ⁊ si nō repellunt totaliter tñ dictū eoꝝ debilitant aliqualiter vt non sit plena fides eoꝝ attestationibꝰ adhibēda. sed cū alijs adminiculis ⁊ alioꝝ testiū dictis possunt plenā facere ꝓbationem presertim vbi iudex delatū interrogat An ne putet se hr̄e inimicū. q̄ tale crimen ad mortē sibi ex inimicitia imponere auderet. si dicet ita. interrogabit q̄ illa sit persona. ⁊ tunc iudex aduertet si illā ꝑsonā de qua suspitio ē ꝙ ex inimicitia deposuerit denotauit. In tali em̄ casu vbi iudex etiā de cā inimicitie per alios honestos informat̄. ⁊ alia adminicula nō occurrūt ⁊ alioꝝ testiū dicta poterit secure talem testem repellere. Si vero delata persona dicet. Nō spero aliquē talē hr̄e inimicū licet inf dum brigas cū mulierib9 habuerim vel si dicet habeo inimicū. ⁊ nō expressit debite sed quendā alium q̄ fortassis nō deposuit. tunc dicta talis testis etiam si alij dicerēt ꝙ cā inimicitie deposuisset. iudex tñ nō debet repellere sed ad plenā ꝓbationem cū alijs amminiculis cōseruare. Repiuntur q̄ꝫplures minꝰ ꝓuidi ⁊ circūspecti qui hmōi depositiones mulieꝝ refutare ⁊ annihilare querūt dicētes illis standū nō eē eo ꝙ sepissime cum rixose sint ex inuidia deponere solent. Hi q̄ꝛ ignorant astutias ⁊ cautelas iudicum loquūtur et iudicant vt ceci de coloribꝰ. de q̄bꝰ astutijs in. xj. ⁊. xij. questione ptēbit.

Secunda pars qualiter ꝓcessus est continuandꝰ questio sexta. Et qualiter sunt testes examinandi in presentia quattuor aliarum personarū. et qualiter delata est interroganda dupliciter.

Am nunc sexto queritur qualiter processus hmōi aduersus maleficas in cā fidei sit continuandus. Considerandū est primo ꝙ q̄ꝛ in cā fidei ꝓceditur summarie simpliciter et de plano ⁊ absq̄ꝫ aduocatoꝝ ⁊ iudicioꝝ strepitu ⁊ figura. vtꝫ. c. statuta. li. vj. qualiter etiam ista v̄ba intelligantur pꝫ extra de ver. sig. c. sepe contingit. in cle. vbi dicitur. Sepe contingit ꝙ causas cōmitimus ⁊ in eoꝝ aliquibus simpl'r ⁊ de plano ac sine strepitu ⁊ figura iudicij procedi mandamus de quoꝝ significatōe verboꝝ a multis contenditur ⁊ qualiter ꝓcedi debeat dubitat̄. Nos aūt dubitationē hmōi q̄ꝫtum est nobis possibile decidere cupientes hac in perpetuum valitura constitutione sancimꝰ. vt iudex cui taliter causam cōmittimꝰ necessario libellū nō exigat. litis cōtestationem non postulet. tp̄e feriaꝝ ob necessitates hoīm indultaꝝ a iure procedere valeat. amputet dilationē. materiam litis q̄ꝫtum poterit faciat breuiorē exceptiones appellatōnes ⁊ dilatōnes frustratorias repellendo. partiū aduocatoꝝ ⁊ ꝓcuratorum contentiones et iurgia. testiūq̄ꝫ sup̄fluam multitudinē refrenādo. nō sic tñ iudex litē obruat: q̄n ꝓbationes necessarie admittentur citationem vero ac ꝓtestationem iuramenti de calumnia siue de dicenda veritate ne veritas occultet̄ per cōmissionem huius intelligimus nō excludi. hec ibi. Et quia processus vt visuꝫ ē supra. est tripliciter incipiendus. quia vel propter instantiam accusatoris. vel propter zelum denunciatoris. vel propter clamorem fame laborantis. ⁊ pro

